




UNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA

GRADOS

37289



Malo dñm<sup>po</sup>. Massanrigz portuguez

de m Alfoncio arrigz portuguez

E mundo deg

la p

senor vnz da

senor f. manz

Dedit xxv realis obraico  
a real alonso - otro interprete  
dos reales alonso fr<sup>r</sup>  
ocho maravedis a huenning  
real emeo francesa d<sup>r</sup>  
ode nro ama; ode nro amo.

1a

---

37289

b16184075

<sup>m</sup>  
frrei  
F. A R C I S I I  
GREGORII VALEN.

tini, olim quidem Lutetiæ, nunc  
verò Salmanticæ philosophiæ  
professoris, in Eisagôgen  
Porphyrianam,

Scholia, quæstionesq; breuiſimæ, omnibus philo-  
phiæ studiis longè utilissimæ, ab ipſo Authore  
nunc primum in lucem editæ.

num. 36. cap. 7. num. 41.



SALMANTICÆ.

Excudebat Andreas à Portonarijs.

M. D . L I I I I.

ad clausum dñi Iesu de Salam*an*go de la  
Abreva



UNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA  
GREDOS USALES

3

Frater Arcisius Gregorius audit-  
ribus suis salutem.



Fflagitasti, auditores omnibus modis de  
me bene meriti, ut ea quæ circa Porphyria  
nam institutionem superioribus mensibus  
pro viribus meis vobis exposueram, ita pū-  
ctim, expedite, facileque dictarem: ut  
sub scholiorū forma, & quæstionum sty-  
lo in lucem æderem. At verò vobis ne solùm dixerim postulati-  
bus, verum etiam imperantibus reluctari hoc nomine non po-  
tui, quòd me perciperem vobis voto, consilio, & officio, nec nō  
re ipsa deuinctissimum, quod spero fore, ut quotidie magis ma-  
gisq; intelligatis. Verebar tamē non parum, ne opus id gemino  
hominum generi displexeret, alteris quidem in ea sententia in-  
stitutis, ut quidquid proximè ab antecedentis seculi cōsuetudi-  
ne diu probata dissentiat, id toto cælo aberrare à vero, sint per-  
suasi: alteris verò i ea persuasione defixis, ut quidquid vel mini-  
mum à Ciceronis dicendi lege discedat, lectione indignum exi-  
stiment. Quorum sententiam vtramq; nec reprehendētes nec  
sextantes malum iuuentutis utilitati consulere, quām homi-  
num sectas imitari, si quidem in eo genere philosophiæ versa-  
mur, ut si terminos artis, licet barbaros, aspernemur indigni  
dialecticorum schola æstimati repudiemur: si verò contrà reli-  
quorum sententiam probemus, nihil in nobis erit à vera dicen-  
di methodo, et intelligendi dexteritate, nec nō à iuuentutis uti-  
litate magis alienum. Nobis verò ita consultum est ut Peripate-  
ticorum dogma sequuti, præter quām in ijs, quæ nostro Christia-  
nismo refragantur, ita singula tractare, ut nihil ex nobis, sed  
omnia ex Aristotelis testimonio decerpta proferamus, ea nimi-

a 2 rum



UNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA

GREDOS-USAL.ES

rum vates dicendi lege: ut magis, in philosophorū, theologorū,  
& medicorum schola, quàm in dicendi arte hactenus exercita  
ti esse videamur. Itaque malui hoc iure nostræ scholæ indulge-  
re quàm limites nostri instituti egressus, philosophiæ terminos  
ex media schola Rhetorum mutuare. Ut enim vniuerscuisq; in  
stituti munus est, suorum consuetudinem in dicendo, tanquā al-  
terā naturā imitari: ita nihil minus est ferendū quàm in philo-  
sophiæ spinoſis dubitationibus excutiendis oratoris personā ge-  
rere: ut exaduersum nihileſſet in eptius, quā apud populuſum  
mo artificio & exquisitiſima argumentorū ſubtilitate, per o-  
mnē artis induſtriaſum opere philosophiæ ſublimitatē oſtēta-  
re. ſed quorūm hæc? ut intelligat quisq; terminos artis in scho-  
la diu tritos & obſeruatos atque longo vſu (qui verus dicendi  
magiſter eſt) conſirmatos nullius authoritate immutados, ni-  
ſi forte conſuetudo dicendi intra limites ſcholæ paulatim ſecus  
admoeat: neq; enim dubito, quin ineptiſſimum eſſet inter ora-  
tores ijs vocabulis vti, prædicabile, prædicamentum, prima &  
ſecunda intentio, & reliquias huius farinæ, quæ ſolis dialecticis  
ſunt i vſu, boniq; cōſuleda ſunt. Si vero intellexerim vos id per  
cepiffe cōmodi ex hac pro vestroruſ erga me meritorū pertenui  
opera, omnem admovebo lapidem ut quotidie magis magisq;  
vestræ consulam vtilitati. Interim ſummopere vos obſecro,  
quod quotidianis precibus à Deo pro viribus poſtuletis, ut mihi  
dignetur ſcintillas mentis infundere quibus valeam ve-  
ſtræ omnium de me expectationi & ſtudio ſatisfa-  
cere, ſimulq; nauabitis operam, primū omniū  
diuino cultui, deinde vero Christia-  
næ philosophiæ Valete.

## SCHOLIA IN EISAGOGEN PORPHY.

RIANAM. AVCTORE F.  
ARCISIO GRE-  
GORIO.

\*



Orphyrij introductio. Titulus hic Auctoris finem preſe fert, nam Porphy-  
rij ſcopus potiſſimus eſt rudem iuuentu-  
tem ad Aristotelis categorias introduce-  
re, at vero inſtruere nos ad faciendum, di-  
uidendum ac demonſtrandum finis eſt ac  
ceſſorius: non autem principalis. Cum sit neceſſarium.  
Neceſſarium quidem eſt non abſolute ſimpliciterue: nam alio-  
quin mutilum fuifſet Aristotelis opus, prætermiſſa horum qui-  
que vniuersalium cognitione: ſed neceſſarium ad finem nobis  
propositū: id eſt ad perfecte conſequendam prædicamentorum  
(ut cum vulgo loquar) cognitionem. nec tam ad eorum quæ in  
prædicamentis traduntur, quàm ad methodum ipsam, qua vti-  
tur in illis contexendis Aristoteles. Ad eam quæ eſt a-  
pud Aristotelem prædicamentorum doctrinam.  
Oratio hæc emphasiſ habet, quaſi diceret, ad præclarissimam  
illam, quam vides in tanto eſſe pretio apud Peripateticos præ-  
dicamentorum rationem, vix enim in Aristotelis logicali liber  
extat vtilior. Itaque vtilitas huius libri ad prædicamenta (ut iā  
dudum dixi) perexigua eſt, ſi referatur ad ea quæ tractantur  
in prædicamentis, in quibus raro fit mentio iſtorum prædicabi-  
lium, ſi vero referatur ad methodum ac diſpositionem eorum

a 3 que



VNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA

GREDOS.USALE.S

quæ illic collocantur maxima quidem & omnino necessaria est utilitas.

Nosse quid genus quid differentia.

Subiectam materiam huius libri nobis proponit, nempe genus, speciem, differentiam, proprium, & accidens: quæ quinque voces vel uniuersalia vel prædicabilia nuncupantur.

Et ad diffinitionū assignationē, & omnino adea. Omnis finitio cōstat genere & differētia, vel genere & proprio vel accidētibus. id qd' finit magna parte species est. ergo quinq; vocū cognitio perutilis est ad finitiones. Iam omnis diuīsio vel generis est in species, ut animaliū aliud homo, aliud equus, etc. vel generis in differētias ut animalium alterū rationale, alterū irrationalē: vel generis in propria, ut animaliū aliud hinnibile aliud risibile, &c. vel subiecti in accidentia, ut homo vel est probus, vel improbus: vel accidentis in subiecta, ut candidum vel est nix vel cignus, &c. vel accidentis in accidentia, ut persitus, aut est probus, aut improbus: ergo diuīsionum assignatio maximē idiget adminiculis his quinq; vocib; Porro demonstratio pariter ad sui constructionem exegit genus, speciem, differentiam, & proprium: excludit vero a se accidētia. afferit igitur ad demonstrationes etiam plurimum emolumēti. Subintellexit autem sub nomine demonstrationum argumentationes quasuis tanquam sub digniori minus principales subiunens: quò fit ut harum cognitio vocum ad diffinitiones, diuīsiones & argumentationes, que tria sunt logici instrumenta, sit necessaria.

Vtili istarum rerum speculatione.

Librum hunc intitulo suo introductionem appellauit, quia vero introductionis munus efflagitat: ut breuis, facilis, et vtilis sit, nunc prefixæ inscriptionis rationem reddit, ostendens se hac tractatione

tractatione vtilem fore breuem, & facilem, vt verba sequentia facile docent.

¶ Compendiosam, &c.

Breuitatem commendat.

¶ Velut introductionis modo.

Modus & norma introductionis est (vt diximus) quod sit facilis, breuis, et vtilis, vt ex hoc loco Porphyrij et anprædicamentis Aristotelis in prōptu est deducere, id quod summulistæ, vt multa quæ verè sunt artis in docendo minùs aduerētes, suasumulas prolixas adeo vt volumen logices Aristotelis, ad quem introducebant, superarint, effecerunt, easdemq; magna parte inutiles & obscurissimas verborum & ingenij barbarie reddiderunt: quinimò terminos ipsos, quos ad summulas tanquam introductionem parabant, nec breuiter nec facile nec quidem vtiliter scripserūt: quippe cùm præter rem passim difficillima quæque ex media schola metaphysics vel theologie iepitè decerpta ineptissimè in media illorum Rudimentorum consideratione inculcare solet, longè magis ad inanem eorum ostentationem accomodata, quam quod pertineant ad iuuentutis utilitatem. Ego vero cum Aristotele & Quintiliano mallem à notioribus exordiendo pedetentim & gradatim in genium discentis ad altiora prouehere, nō autem (vt multi faciūt) in sumulis methodum ostētare, in theologia vero summulistæ personā gerere.

¶ Altioribus quidem quæstionibus abstinens: simpliciores vero mediocriter coniectans.

Obserua quod non solum dixerit sibi cauendum ab altioribus quæstionibus, sed adhuc addiderit simpliciores vel mediocriter coniectans. Qua ex doctrina debemus elicere quantum interfit inter ineptum præceptorem & artificiosum: si quidem ineptus ad se ostendandum undequaque comparata efutit sine iu-

a 4 dicio

dicio, nullam protinus curam habens instituendæ iuuentutis: artificiosus verò peritius totus incumbit iuuentutis utilitatì, pauca quidem docens sed selectissima & in quibus recondita sit vis incredibilis reliorum, prius præbendo lac deinde cibum præmansum, mox cibum solidiusculū, iam cibum solidū, denique discipulum dimitens ut ipsemet in posterum cibū valeat comparare. Quocirca quia consilio Porphyrii hoc in loco ab errantes questiones istas metaphysicas à Porphyrio consultius intermissas magno de industria pertractant ingenio, non parū discedunt ab arte iuuentutis instituendæ.

## Quæstio.

Sunt ne omnia quæ Porphyrius in præfatione docet veritati consonant?

1. Argu.



Am in omni præfatione concilianda est benevolentia & attentio: nec non auditores siue lectores reddedi sunt dociles: at verò id minus obseruasse videtur Porphyrius.

2. Argu.

Insuper Aristoteles prætermisit huiusmodi librum: ergo verisimile est ad Aristotelis prædicamenta eo non esse opus.

3. Argu.

Rursus Porphyrius ait librū hmoi necessarium esse ad Aristotelis prædicamenta non autem dixit ad Aristotelis Topica. at verò vix unquam in prædicamentis nisi bis aut ter mentiōnem facit Aristoteles harū vocum, quibus tamen ferè semper vtitur in octo libris Topicorum. ergo imprudētius videtur hoc dictum à Porphyrio.

4. Argu.

Ad prædicamentorum dignitionem iam Aristoteles præmisit introductionem: ergo Alia quævis ad prædicamenta introductio superuacanea est.

Addit.

## PORPHYRIVM.

Adde quod nostri summulistæ operæ pretium duxerint ut ante prædicamenta & librum hunc summulas, et ante summu s. Argu. las terminos edocerent introductionis vice: ergo liber hic introductio non est quippe cum alia et alia indigeat introductione.

Rursus ad explicandum quid sit species & genus, capite de 6. Argu. specie: vtitur Porphyrius prædicamēto substantiæ. ergo nō hæc cognitio ad illam: sed illa potius ad hanc necessaria est?

Deinceps Porphyrius hic persequitur vniuersas communitas & differentias quæ intersunt inter quinque prædicabilia. ergo non breuis sed copiosus est. confirmatur. multa sunt hoc in libro implicita quæ vocata in contentionem vix explicari queunt. ergo non se præstat facilem.

Ad hæc, inquit, se sub norma introductionis, id est facile bre 8. Argu. uiter & magno iuuentutis commodo singula tractaturum: quasi verò introductiones ad logicam Aristotelis præstatiissime sunt, sine quibus multi putant neminem logicū. minus philosophū: minimè theologum euadere posse. Eadem per obscuræ & perplexæ sunt dubiorum densas caligines passim offendentes, ergo introductionis norma non videtur semper esse debere facilis.

Denique tanquam altiores questiones, quanquā cōueniant 9. Argu. præsenti negotio prætermisit hoc in capite: eius tamen interpretes vniuersi hoc ipso in loco diligentí cura pertractarunt: igitur vel interpres ob id iure taxandi sunt, vel Porphyrius reprehēsionis est obnoxius.

Ex aduersum pugnat Auctoritas Porphyrii & scholæ philo Responsiophorum qui hoc in doctrinæ genere Porphyrium tanquam alterum Aristotelem colunt.

Pro dilutione huius questionis adnotāda sunt ea omnia quæ prescrīpsimus ī huius capitilis scholiis, reliqua in solutionibus ar 1. Nota.

a 5 gumen



*Ad primum igitur respondeatur iam ab auctore conciliari be-  
Refp. A.1 neuolentiam et reddi nos dociles: sed more philosophico dissimu-  
primū. latius minoriq; verborum sumptu: nā summū munus artis est,  
artem dissimulare. Conciliat autem benevolentiam & attētio-  
nem loco ab vtilitate & breuitate, redditque nos dociles ostē-  
dens, quo proposito quoque stylo sit vsurus inuestigando facilli-  
ma & fugiendo difficillima quæq;.*

*R. ad secū  
dum Ad secundum dico Aristotelem prætermisſe librum hunc:  
quia nimirum non erat simpliciter & absolute necessarius, à  
Porphyrio vero præmissus est tāquam necessarius ad finem, hoc  
est, ad percipiendam ac degustandam Aristotelis methodum  
in prædicamentis.*

*R. ad ter-  
tium Ad tertium respondeo bifarium intelligi posse librum hunc  
necessarium esse ad Aristotelis prædicamenta, vel quod sit ne-  
cessarius ad ea que tractantur in prædicamentis, quo sen-  
su magis est necessarius ad Topica, quam ad prædicamenta vel  
quod sit necessarius ad ipsam prædicamētorum coordinationē  
& œconomiam quo pacto hic dicitur esse ad prædicamenta ne-  
cessarius, quandoquidem in unoque prædicamento ge-  
nus supremum (vulgo dictum generalissimum) summum obti-  
inet locum, vt infimum species specialissimæ: intermedium spe-  
cies & genera subalterna: ita tamen quod præsent suis specie-  
bus & suis subsideant generibus, differentiæ vero latus de-  
xtrum & sinistrum tueantur, propria vniuscuiusq; seriei si-  
mul coordinentur. Ceterum accidentium nouem sunt classes.  
Videsigitur quo pacto tota ratio & vis istarum rerū in decem  
illis ordinibus collocandarum, in harum quinq; vocum perspi-  
cienda & seligenda natura posita est.*

*R. ad 4. Concedo quidem ad Aristotelem præmissam introductionē,  
quam inscripsit Anticatgoriæ, hoc est, anteprædicamenta: sed  
hoc*

*hoc non obstat, quominus Porphyrius aliam nostræ menti ma-  
gis familiarem premitteret introductionem.*

*Concedo summulas tāquam introductionem à Petro Hispano non imprudenter fuisse præmissas: sed reliqui post eum sum-  
mulistæ ostentationis causa ducti in tantum volumnen eas ad-  
auxerunt, vt limites introductionis longius trāsgrediendo, ex  
breuibus prolixas, ex facilibus obscurissimas, ex frugiferis, in-  
utilissimas confecerint. Accedit quōd interpretes nostri Peripa-  
tetici summulas omnino abhorruerint, persuasi nimirum librū  
hūc ordīe doctrinæ naturæq; libro peri ermenias et priorū vna  
cum prædicamentis anteponendum: summulae vero nihil aliud  
sunt apud Petrum Hispanum nisi breue compendium libroru  
peri ermenias & priorum Aristotelis.*

*Dico Porphyrium exempli gratia per transennam vsum es- R. ad se-  
ſe substantiarū prædicamēto verbo tenus: vt iuētuti sub vnu- xtum.  
bra quadam, quantum res nūc postulabat, proponeret rerū vni  
uersarum series: ex hoc tamen minime colligitur prædicamēta  
huic libro anteponendā.*

*Concedo Porphyrium hoc in loco fuisse copiosum: sed hanc Ad septi-  
ipsam copiam tradidit cum breuitatetanta, quantam postula-  
bat introductionis ratio.*

*Ingenue fateor (summulas quod superius dixi) in tantum ad octauū  
creuisse volumen: tam proculque discessisse à suis limitibus: vt  
iam nihil minus quam introduc̄tio sint. Par est etiā iudicium de  
terminis: fuit autem hoc vitium hominum, non artis.*

*Nego sanè vniuersos interpretes Porphyrij questiones illas  
accuratiū tractasse in præsentiarum. duplex enim est ordo in  
terpretum Aristotelis ac Porphyrij: alteri sunt verè Peripate-  
tici: cuius ordinis sunt Alexander, Simplicius, Joannes Grāma-  
ticus, Temistius, Ammonius, Boëtius, ac Diuus Thomas et hu-  
ijsmo*



iusmodi, quorum sententia sola post Aristotelem & Porphyrium in pretio est. Alteri sunt nescio qui nugatores, qui neglegunt fonte solidaque & genuina Aristotelis intelligentia, quidquid proprio eorum ingenio arridet, sine plumis & alis volare conantes, solum probant, solum commendant, solum extollunt, solum obseruatu dignum existimant, solum admirantur & stupent, aliorum sententijs procul spretis et repudiatis, nec non iniuria lacesitis: quasi verò turgens præsumptio, et sui solius infanda existimatio fide digna vlla in re censenda sit. Istius verò farinæ interpretes tantum abest, quod in testimonium admittendi sint, ut nec flocci quidem pendi debeant, quin à circulo philosophorum, tanquam autores tenebrarum, & ambitiosi veritatis impostores, nec non ingeniorum humanorum perniciosest peses, procul speculantes repellere debemus. atque utinam res publica nostra istiusmodi homines, si homines appellandi sunt, omnis cū sint humanitatis exosores animaduerteret: profilarent enim tunc iuuenes paßim & turmatim ad Theologiam Christianis animis insinuandam, ad sanitatem corporibus conciliandam, & ad rem publicam feliciter administrandam & plurimi & præclarissimi.

### Scholia in secundum caput.



Idetur autem nec genus nec species simpliciter dici.

Exorditur à genere, quod facit ordine naturae et doctrinæ, quia verò æquiuocum omne prius est discernendum, quam finiendum, antequam constituat quid sit genus, prius explicat, quot modis vocabulum (genus) usurpetur, omittit autem reliquas, vocabuli (genus) significationes

quas

quas capite de genere scilicet methaphysices cum his recenset Aristoteles, ob id quod minus conueniunt praesenti instituto. Est autem aduertendum, quod vocabulum (videtur) hoc in loco idem sonet, ac si diceret, adeo certum est hoc, adeoq; perspicuum, ut oculis cernatur: non autē ut indicet quod appareat ita esse, cū re vera non ita sit, quomodo dictum est ab Aristotele primo capite. 1. Topicorum &c. 1. Elenchorum. Syllogismus sophysticus videtur esse quidem syllogismus, non tamē est. Utitur autē voce simpliciter, pro voce vniuocè, nam vniuocū & significatione simplex idem sunt: ut æquiuocum & significatione multiplex. Sumitur autē ab Aristotele dictio & πλῶς græcè, simpliciter latine, sèpius maximèq; nouissimo capite. 2. Topicorum. Ut opponitur ei, quod dicitur secundum quid, hoc est, dicto cum aliquo addito, ut simpliciter negamus imaginem Herculis esse Herculem, sed aimus esse Herculem pictum.

¶ Secundum diuisionem ab aliis, &c.

Perionius interpretatur sub his verbis. Qua (inquit) eadē significatione à ceteris generibus separantur. Ego vero sum persuasus, verba græca idem sonare, atque si diceret Porphyrius. Est autem significatio hæc ab alijs duabus seuncta, atque adeo semota: ut parum cum illis habeat affinitatis: Si quidem secunda & tertia significatio multò magis ad inuicemq; hæc illis assimilatur.

¶ Vniuscuiusque generationis principium.

Principium ortus appellat vtrunq; parentem & patriam: quia nimirum est causa efficiës, quæ quidem quatuor causarum maxime meretur in agendo nomen principij, ut finis in consulendo. Nam ad domum construendam (ut exēplo artis opus naturæ ponamus ob oculos) primū accersiri iubemus artifice, deinde illius consilio nauamus operam circa feligendam & adhiben-

dam



dam materiam: deinde artifex formam adiungit materiei: postremum, optatum consequimur finem quatuor ex causis. efficiens, ut primum in agēdo concurrit, ita iure principium per reliquis appellatur. Voco autem efficientem, à qua: materiam ex qua: formam per quam: & finem propter quem, id est, gratia cuius aliquid efficitur.

¶ Est autem patria principium quemadmodum et pater.

Principium (inquit) est ortus patria, quemadmodum & pater: quandoquidem patria secum circumfert aëris ambientis temperiem, vel intemperiem, nutricis conformatiōnem, alimētū familiarem succum, & aspectum cœlestium climati correspondentium fauens vel aduersa ratio. In his autem omnibus tanta est vis: ut fratres eisdem parentibus, diuersaq; in patria orti, longè diuersis moribus ac affectibus videātur imbuti, eosdēq; parentes compertum est aëris mutatione factos ex feracibus steriles, ut interdum ex sterilibus nouimus euasisse feraces regionis mutatæ beneficio.

¶ Hæc autem videtur promptissima esse significatio.

Promptissima (inquit) id est, frequentior in usu, magisque ad manū posita, quæq; magis familiaris nobis nūc est, magisq; ad nostrum genus logicum eliciendum accommodata.

¶ Aliter autem rursus genus dicitur, cui supponitur species.

Ad luctam scholæ munienda est descriptio sub his verbis. Genus (inquam) est prædicabile, cui quidem immediate recta q; linea prædicamenti subiicitur species.

¶ Ad horum fortasse similitudinem dictum.

Dictio (fortasse) hīc non designat dubitationem: sed potius assuerat

assuerationem: nam genus appellatur animal homini comparatum, propter Analogiam quam habet cum genere, quod est principium generationis, & etiam ad alterum, quod est collectio multorum descendantium ab illo principio: quapropter ut utriusque eorum simile est: ita metaphorice nuncupatur genus.

¶ Etenim principium quoddam est huiusmodi genus earum, quæ sub ipso sunt specierum.

Hæc est vera ratio propter quam ab Aristotele translatitiè animal, & quodvis simile nuncupatum est genus, nimirum quia principium est in constitutione (hoc est) in finitione suarum specierum. Itaque species logice, tanquam proles, in mente procreantur à genere primum, tanquam à præcipuo parente, & à differentia tanquam ab altera parente: quod perpendens Aristoteles primo capite, sexto Topicorum nos docet. maximè (inquit) eorum, quæ sunt in diffinitione, genus videtur definiti substantiam significare. ubi per diffinitum, speciem esse intelligendam planum est.

¶ Videtur etiam multitudinem continere.

Animal & unum genere, & multa species, & plurima numero est: quapropter & si unum sit una ratione, altera tamen consideratione communionem continet suarum specierum, & quasi infinitatem individuorum, quæ omnia nomen ducunt, tanquam ab stirpe & genitore, ab animali: si quidem hæc ad unum omnia nominantur animalia.

¶ De tertio apud philosophos sermo est.

Monet nos in posterū in uniuersis partibus philosophiae: ut hoc nomen (genus) usurpemus tertia prædictarum significatione. Quod autem inquit describentes, vocabulum est designans generis finitionem non esse quantitatiam, sed descriptiūm.

Quod de pluribus differētibus specie in eo, quod quid est

quid est prædicatur.

*Periphrasis, quod de pluribus, ponitur vice generis, & loco huius vocabuli, prædicabile siue vniuersale: quia ad quinque voces nondum Græcorum nec Latinorum vulgus promiscuū nomen obtinebat. Nunc verò increbuit v̄sus, vt nomen prædicabile magis commodum quām latinum vice generis v̄surpetur, siue nomen vniuersale. In quibus vocabulis vt in reliquis omnibus tritis iandiu in schola terminis artis, atque longo v̄su receptis, non tantam habeo rationem casti sermonis, quantam vtilis dictio[n]is. Quorsum autem addat differentibus specie, & in eo quod quid, ipse met explicable. Illud tamen aduerte, quod verbum (prædicatur) h̄ic idē est, atq; id, quod verè & affirmatiū enuntiatur.*

Sicuti indiuidua.

*A' to με Græcē, insectilia, indiuidua, latīnē idem sonant. Dicitur enim Socrates metaphysico indiuiduū: quia diuiditur in potentiam & actum: & à physico diuiditur in materiam & formam. Idem à mathematico secundum longitudinem, & latitudinem & altitudinem. Quocirca Socrates metaphysico, physico, et mathematico diuiduū est, sed soli logico indiuiduū appellatur: quia diuisione logica (quæ communioris est in minus communia distributio) diuidi non potest. Illud autem nos non prætereat, indiuiduorum exempla h̄ic à Porphyrio propo[n]i sub duplii differentia, vt Socrates (inquit) & hic & hoc. Quorum vnum est indiuiduum nomine proprio determinatū, alterum ex demonstratione dictum. Omisit autem reliqua duo, quæ re vera simpliciter non sunt indiuidua, vt quidam homo, & Sophronici filius. Si quidem ex modo suæ significationis apta sunt dici in multis. Itaque Sophronici filius indiuiduum est ex hypothesi, non autem est indiuiduum. Est etiam*

hoc

*hoc in loco admonendus lector, vt huius diuisionis præsentis numero à Porphyrio traditæ diuisum (cū inquit, eorum enim quæ prædicantur) propter scholæ contentionem esse ita munendum, vt intelligamus (eorum) id est, voce et significationes simplicium quæ prædicantur: id est, quæ verè & affirmatiū de altero dicuntur. Simplex autem voce intelligo incōplexum, quod inquam non complectitur duas vel plures dictiones: significatio[n]e autem simplex, idem dico, quod vniuocum.*

¶ Differentia vt rationale.

*To λόγῳ Græcē, rationale latīnē, triplicem habet significationem. interdum idem est, quod constas anima rationali, quo modo differentia est essentialis. interdum idem designat, quod aptum (quantum ad animam attinet) ad ratiocinādum suapte natura. quomodo proprium est hominis: & si amens non possit ob corporis vitium ratiocinari. Tertia significatione rationale idem est, atque id, quod præditum est dexteritate ratiocinandi. Qua significatione eum qui naturæ, vel artis, vel v̄sus ope subtilius ratiocinatur, logicum, id est, rationalem appellamus: tūc verò nec differentia nec proprium est rationale, sed accidens.*

¶ Vt risibile.

*To γέλασμῳ. Græcē, risibile scholasticis latīnis, Ciceroni aptum ad risum, & ridens idem sunt.*

¶ De Socrate & Platone.

*Socrates et Plato numero differunt: quia si numerentur non pro eadem re subiecta: sed pro diuersis rebus numerabuntur. sed nota h̄ic, quod regula sit in scholis trita, quod omnia quæ sint idem numero, sint idem specie & genere: & ex aduerso omnia quæ differunt genere, differant specie & numero, quæ venit ex ponenda sub hac forma, quæcunque (inquam) sunt idem numero, id est, vnum numero, res subiecta & ratione sunt etiam idē b specie*

specie, & idem genere: alioqui regula esset exposita cauillo: nam Socrates & hic musicus, eodem demonstrato Socrate, idem esset numero, differunt tamen specie & genere.

¶ Proprium quidem de vna sola specie cuius est proprium praedicatur.

Hoc (inquit) inter genus & proprium interest, quod genus de multis dicatur speciebus, quarum uniuscuiusque genus est. Proprium autem de una sola, cuius (inquam) sit proprium: sensibile, de multis quidem dicitur speciebus, sed non de multis, quarum unuscuiusque sit proprium. Itaque de specie cuius sit proprium, de una sola dicitur, nempe de animali.

¶ A differentia vero & ab his quae communiter sunt accidentia.

Accidentia communia nunc vocat, non quidem quae distinguuntur a proprio, sed quae secernuntur ab individuis accidentibus. Ceterum quod genus a proprio differat, non solum a differentia & communibus accidentibus hoc nomine, quod praedicitur in quid, planè constat. Sed quia iam a genere secesserat proprium, alia ratione, ne videretur nimius de industria, proprii non amplius meminit. Quod autem inquit differentiam & accidentia praedicari in questione, qua quale quid est queritur, scrupulum habet. Nam capite de differentia dicturus est hoc solum tribuendum differentiae essentia li: quin etiam in substantiarum categoria docebit nos secundam substantiam ut hominem et animal significare quale quid.

Album autem non quale quid: sed solum quale suapte natura designare: cuius scrupul solatio in questionis proxime sequentis explicatione aperietur. Nunc satis est, ut explicemus concinnè locum hunc, & ad scholæ disceptationem accommodate, sub hac verborum serie. Differentia (inquam)

¶

¶ Accidentia communia praedicantur in quale quid, id est in quale quoddam, in quale quodvis, siue (inquam) sit essentiale, siue accidentale. Illud etiam studiosius animaduerte, quod excludat ab hac dudum dicta consideratione accidentia individualia, ut hoc album, hic musicus. Si quidem haec de nullo praedicantur in quale, neque in quid apud auctores probatos homines aptè loquentes. Quis enim percunctanti qualis sit Socrates, aptè respondebit, hic musicus: quinimò accidentia individualia pro nomine demonstratio contracta sunt, non alio nisi ut eis abutamur vice subiectorum, quibus nominandas nomina propria non suppetunt, quibus commodius nominantur. Sed nunquam reperi enuntiationem apud auctorem probatum, nec apud hominem sanementis aptèque distinctionis, in qua prædicatum esset accidens aliquod individualium.

¶ Vel quomodo se habet unum quodque.

Accidentia reddimus interroganti non solum per quale: verum etiam per quantum, vel per quomodo se habet, vel per ubi vel per quando, quas formas interrogandi paulo ante complenus est sub questione, quae fit per quale: usurpans, quale, latius ut complectatur horum omnium vim. Hec autem ita esse patet si quidem percunctanti, quantus sit Socrates? aptè respondeo, magnus. quomodo se habet? iam conualescit. Ubinam agit? in alia regis. quādo prefecturus est Romā? breui. Hec autem omnia quae respondens reddit accidentia sunt.

¶ Dicta descriptio.

Quod finitio sit triplex essentialis, quae. ὁ εἰς τὸν γραῦντα καὶ ὁ εἰς τὸν λατίνην finis, terminus uice nominatur, 6. Topicor. ubi ex professio eam pertractat Aristoteles. Altera que. 5. Topicorum ab Aristotele proprium: in schola vero dialecticorum descriptio non cupatur. Construitur illa ex genere et differentia essentiali: hec

vero



verò genere constat, vel eo quod vicem subeat generis & proprii: vel ijs quæ proprie affectionis significationem multis verbis circunscribant, prætentq;. Postrema interpretatio, quæ per quævis accidentia rem quoquis modo explanet, manifestum est & intra limites scholæ dialecticæ iam diu pertritum, ad quod alludens Porphyrius descriptionem potius, quam veram generis & omnibus numeris absolutam finitionem appellare voluit.

## Quæstio.



1. Argu.

Vnt ne omnia quæ Porphyrius docuit capite de genere, & sibi et veritati consona?

Nam in aduersum pugnant, primum quidem, quod accidens sit nobis notius, quam ea quæ pertinent ad rei substantium, quippe cum sit nostris sensibus opportunius & familiarius: sed genus & species pertinent ad rei substantiam. ergo prius agendum erat Porphyrio de accidente, quam de genere & specie.

2. Argu. Secundo omnis ars debet imitari naturam pro virili: sed genus secundo modo prius est natura, quam genus primo modo, (vt ipsem Porphyrius in textu docet) ergo debuisse prius proponere secundam, quam primam significationem.

3. Argu. Tempus in quo aliquis genitus est, non est genus. ergo nec locus: patria igitur non est genus secunda significatione.

4. Argu. Genus (inquit) est cui supponitur species: sed animato & sensitivo, subiicitur species homo: igitur animatum & sensituum genera sunt. Adde quod enti, vero, bono, vni, cū similibus subiicitur homo species: hæc igitur genera sunt. Accedit quod genus sit pars, species totum, ergo non species generi sed genus species

speciei subiicitur.

Porphyrius non meminit aliarum significationum generis, Ad quinas recenset Aristoteles. 5. metaphy. capite de genere. ergo nō tum tribus modis duntaxat dicitur genus: sed pluribus.

*Aut finitur conceptus vox vel scriptura, generis finitione: 6. Argu. aut finitur res significata per hæc, nō primum quia tunc genus speciei & individuorum substantiam & quiditatem non præferret, si mavis non prædicaretur in quid: quandoquidem conceptus, vox & scriptum animal, non est de essentia & quiditate singulorum animalium. Non alterum, quia nulla est res subiecta significata per conceptum, vocem, vel scriptum, quæ valeat prædicari de multis.*

*In definitione generis assignata, desideratur genus & differentia: non igitur quadrat prædicta finitio. 7. Argu.*

*Genus est tanquam forma, ergo videtur in quale prædicari, non in quid. 8. Argu.*

*Homo prædicatur de mare et fœmina, Specie ad inuicem differentibus: & tamen non est genus. ergo diffinitio illa est taxanda. 9. Argu.*

*Socrates diuiditur in longum, latum, & profundum. ergo 10. Arg. diuidens est, non igitur est individuum.*

*Color est genus, candoris & atroris, & cœfij, & punicei, & 11. Arg. similium colorum: sed non prædicatur in quid. ergo alicui tribuitur diffinitum, cui non conuenit diffinitio. Maior liquet minor ostenditur. color (inquam) est accidens: prædicatur igitur in quale: quocirca non prædicatur in quid.*

*Species animal prædicatur de multis differentibus specie in quid. ergo non rectè Porphyrius hoc nomine discriminari dixit genus ab specie, quod species prædicetur de differentibus numero solum, non autem de differentibus specie. 12. Arg.*

b 3 sensibi



- Sensibile proprium animalis, prædicatur de vniuersis speciebus animalis. ergo proprium non prædicatur de vna sola specie, quod inquit Porphyrius.
14. Arg. Solæ differentiæ essentiales prædicantur in quale quid, auctore ipso met. capite. de differentia. ergo falsum est quod hinc ait, differentias & communia accidentia prædicari in quale quid.
15. Arg. Accidentia individua, sunt accidentia: ergo prædicantur accidentaliter, ergo in quale. ergo non rectè dixit Porphyrius differentias & communia accidentia prædicari in quale quid, monstrando accidentia individua secus se gerere.
16. Arg. Sicut aliqua prædicantur accidentia, vt inquit Porphyrius ad calcem capitis in questione qua queritur quale aliquid sit vel quomodo se habet) ita sunt aliqua quæ prædicantur in questione qua querimus de re subiecta, quanta, ubi, quandone, sit. Non igitur accidentia communia omnia prædicantur in quale.
17. Arg. Ut se gerit animal ad hominem: ita pariter & anima sensitiva se gerit ad rationalem, similiterque sensitivum ad rationale: sed animal prædicatur in quid de homine. ergo sensitivum de rationali. Est autem sensitivum differentia, ergo differentia prædicatur in quid. Confirmatur Aristotelis testimonio. 4. Topicorum loco octauagesimo primo quomodo (inquit) videtur in quibusdam & differentia in eo quod quid est de species prædicatur.
18. Arg. Anima genus est ad sensitivam & rationalem, vt author est Aristoteles secundo libro de anima, capite tertio ubi ait. Sicut figurae species sunt trigona, quadrata & pentagona, ita species animæ sensitivum esse, intellectivum, & loco motivum & vegetativum. Atqui anima de his non prædicatur in quid.

ergo

ergo diffinitio prefixa minus est conueniens. maior in confessio esse debet, minor autem ita firmatur: anima est substantia, vegetativum, sensitivum, loco motivum & rationale eius potentiae sunt, ergo ex sententia diuini Thomæ sunt accidentia ipsius animæ, non igitur anima de illis, nec illa de anima, possunt prædicari in quid: sed potius prædicatione accidentali, & in quale.

Quod suapte natura & essentia habet esse per intellectus humani operationem, accidens est: sed genus animal, quatenus genus habet suapte natura & essentia, esse per operationem intellectus humani. ergo animal qua genus accidens: accidens inquam qua genus est. animal igitur quatenus, genus, non est substantia. ergo non est qua genus, de hoc & illo homine, qui substantiae sunt, aptum prædicari, essentiali prædicatione: multo minus igitur in quid.

Id quod per se produci non potest, sed per accidens, id non est per se, sed per accidens: sed genus per se produci non potest: quippe cum actiones sint individuorum. ergo nec etiam per se esse potest, tum sic congrederior. animal quatenus genus, non perse, sed per accidens est. ergo animal quatenus genus, non prædicatur de singulis animalibus in quid, sed in quale.

In aduersum facit autoritas Porphyrii & scholæ consensus.

Pro dilutione huius questionis animaduertendum est quod 1. Nota. in scholiis huius capituli de industria premonimus. Deinceps est obseruandum, quod in scholis dialecticorum iam pridem increbuerit usus horum vocabulorum, prima, & secunda intentio: quæ quidem & si barbara fuerint, & nunc multis libris

dibrio

b 4



dibrio sint: propterea quod nunquam apud latinos vñitata: tam ab importunitatem cauillorum: repellēdam, eorum vñsum ducimus necessarium: vt multorum terminorum artis, inquis bus magis spectanda est nostro iudicio intelligentia rei, quam latina vocabuli proprietas, maximè cùm non suppetat vocabulum latinum & in schola nostra receptum, ad idem quod postulamus exprimendum. Itaque intentio i.e. institutum ac proposatum vocabula ad res significandas instituentium fuit, tribuerre nomina rebus, quibus ad res designandas vñteremur. Secunda intentio dico secundum institutum & consilium fuit his ipsis rerum nominibus nomina adhibere, atq; ita factum est, vt nomina rerum primas intentiones, & nomina nominum secundas intentiones nominarent. Sed accessit postea vñsus scholæ, qui quidem dilatauit vñrasq; horum terminorum vñsurpationes: quem vt sequamur, intelligendum est, nomine primæ intentionis, in schola seculi huius dialecticorum non aliud percipi, quā proprietatem rei congruentem, quæ non sit Grammatica, nec rhetorica, nec dialectica: nomine vñro secundæ intentionis designari proprietatem, Grammaticam, rhetoricam, vel dialecticam, siue rei significanti, siue rei significatae attribuenda: exemplis euident hæc manifesta. Socratem sedere, stare, contemplari, primæ intentiones sunt, sed Socratem individuum, hominis comparatione, et subiectū esse, secundæ intentionis est. Pariter vt in schola dicitur animal, quatenus subsistit, quatenus corporeum, quatenus animatum, & quatenus sensituum est, prima intentione consideratur. Idem vñro, quatenus genus nūcupatur, & quatenus vñiuersale est, secunda intentio appellat.

2. Nota. Genus autem, & species bifariam cum accidente comparari possunt vel prime intentionaliter (hoc est) animal & homo cum candore, musica, & similibus accidentibus. qua consideratione

tione: accidens nobis notius est, quam genus & species eius cui accedit, vel genus & species (vt cum vulgo loquar) secundæ intentionaliter comparatur cum accidente, hoc est, genus qua genus: species qua species: cum accidetē qua accidens est. atque tunc notius est, & perceptu facilius dignoscere quid sit genus, quid species, sub quorum intellectu includuntur. Individua, quam quid sit accidens, quod sine subiecto cui adest interdum. interdum abest. hoc est, sine individuo percipi non potest. Porphyrius vñro secundarum intentionū vim hic expendens, quid accidens esset explicauit.

Est autem etiam aduertendum quod finitum cuiusvis diffinitionis, cui æquari dicimus finitionē ita finitur: vt vicem subeat suorum significatorum, quò fit vt non tam sibi quam suis significatis conuenire debeat diffinitio, exempli gratia. Individuum diffinitur quod in uno solo dici potest. Hæc autem diffinitio non congruit individuo in communi: sed suis ad unum omnibus significatis: nec absimiliter, cùm ego finio quid sit terminus incomplexus, dicens. est terminus qui non complectitur duas dictiones, non intelligo id de hoc ipso diffinito, terminus incomplexus: sed de eius significatis. Similiter, cùm ego diffiniens dico, terminus primæ intentionis est, qui eam significat proprietatem, quæ nec Grammatica, nec rhetorica est, nec dialectica, nō id ipsum intelligo conuenire huic diffinito, terminus primæ intentionis: sed singulis eius significatis, pér est etiam iudicium in generis finitione faciendum: nā cùm Porphyrius inquit: genus est, quod prædicatur de multis specie differentibus in eo quod quid, diffinitio hæc non est huic diffinito (genus) pro seipso sumpto accommodanda. si quidem diffinitum huius diffinitionis, genus (inquam) species est potius specialissima generis prædicabilis, siue vñiuersalis, quam quod verè de ea dicatur b s predicari

Prædicari de multis specie differentibus. Sed est tribuenda definitio singulis generibus significatis per hoc diffinitum genus: dico, animali, arbori, virtuti, & reliquis huiusmodi, quibus planè conuenit prædicari de multis specie differentibus in quid.

4. Nota. Illud etiam admonendus est adolescens, cùm inquit Porphyrius, genus esse quod prædicatur, ad contentionem scholæ ita esse armandum: genus est, subintellige prædicabile, quod (inquam) uniuocum & incomplexum est, aptum de multis prædicari. Prædicari dico, id est, verè & affirmatiè enuntiari, qua significatione in praesenti tractatione usurpatur. Quod autem ait in quid, id est, in questioe qua querimus de aliqua re subiecta quid sit: non solum dixit ad secludendas differentias, propria, et accidentia, quæ prædicatur in quale, hoc est, quæ reddimus per cūctanti de aliqua re, qualis sit, verūmetiam, ut secluderet hominem, comparatione maris et fœminæ, siue comparatione probi & improbi, siue relatione candidi & atri, siue similiūm quorumlibet, quæ quidem species alterius ordinis non autē substantiae sunt. Atque ita fit, ut homo de illis quidem prædicetur specie ab inuicem differentibus, non autem in quid, quo circa non est genus eorum nec iustiusmodi eius species sunt.

5. Nota. Porro & si dicat Porphyrius, genus discriminari ab accidentibus, quod genus prædicetur in quid, accidentia verò in quale: nihil tamen obstat, quod idem comparatione diuersorum, nunc genus, nunc accidens sit, atque ita collatum ad unum, de eo prædicetur in quid: deinde vero collatum ad alterum, de eo prædicetur in quale, exemplo res innotescit. Color (inquam) si conferatur cum candore, atrore, cœruleo, puniceo, cœsioq; colore, genus est de hisque prædicatur in quid: si vero conferatur cœmpariete, homine, equo, quorum non iam genus, sed accidens

cidens est, de illis non quidem in quid: sed in quale prædicatur.

In quid prædicari trifariam usu venit apud dialecticos: vt 6. Nota. generi adaptatur quod solum, simpliciter, & per se prædicatur in quid, vel vt attribuimus diffinitioni, quæ quidem interroganti de aliqua re quid sit, reddi solet. Ut primæ satisfiat questio, simûlque vt secundam anteuertamus, quæ mox petendum fuisset, quale illud sit: nam olim rogare solebant, quid est homo? & respondenti animal: subiungebant, quale animal? tuncque respondebant, rationale. nūc verò breuitatis causa percunctanti, quid est homo? ut huic & alteri mox subiungendæ questio uno verbo satisficiamus, respondere solemus. est animal rationale, atque ita diffinitio, ratione generis, dicitur prædicari in quid: Vel in quid dicitur prædicari id quod in diffinitione tanquam pars eius prædicatur: atque ita differentia essentialis prædicatur in quid, hoc est in diffinitione designante quid aliquid sit: Porphyrius autem hoc in capite usurpauit prædicari in quid prima significatione, ut solum conuenit prædicabili per se (quo verbo vtor ad secludendam diffinitionem) & non ratione alterius, apto ut prædicetur in quid itaque secludo differentiam quæ prædicatur non per se, sed per accidens (id est ratione diffinitionis cuius est pars) in quid quando sola differentia per se pronuntiata prædicatur in quale non autem in quid.

Gratia decimoseptimi argumenti non obseruandum est, 7. Nota. quod sensibile comparatum cum rationali & irrationali bifariam posse expendi, atque considerari vel materiali eius significato vel formalis: si quidem ad materiale pertinet non aliud est prædicari sensibile de rationali & irrationali, quam animal

animal dici de homine & bruto, atque ita sensibile genus est per accidens id est ratione sui significati materialis: si vero quantum attinet ad significatum formale perpendatur, ita se habet sensituum ad rationale, ut anima sensitiva ad rationalem. Quapropter tantum abest, ut sensibile rationalis genus sit, ut videatur potius quantum attinet ad formale, significatum specificè ab eo differre.

**8. Nota.** Vniuersale bifariam potest considerari, prima vel secunda intentione: dicam clarius animal bifariam potest astimari, vel quatenus animal, vel quatenus genus est. quatenus animal, prima est intentio & mera res est, quam Aristoteles capite primo peri herminias, rem vniuersalem πεάγματος θολού appellat, quamque Diuus Thomas naturam communem citra operationē intellectus appellare solet, animal vero quatenus secunda intentio, (hoc est) quatenus genus, quatenus praedicabile, quatenus vniuersale, secundæ intentionaliter sumptum, non est mera res re vera, & realiter (ut cum vulgo loquar) existens citra ullam operationem intellectus, sed est secunda intentio id quod est obtinens per operationē intellectus.

**9. Nota.** Per accidens duobus modis venit in usum: vel ut, per accidens idem sonet, quod id quod per aliquid, quod ei accidit: vel ut per accidens idem significet, quod per aliud. Exemplo magis perspicuum euadet. Socrates per accidens est candidus prima significatione: secunda vero homo est sentiens per accidens, hoc est, per animal, dico ratione animalis, qua significatione Aristot. quarto capite, primi posterioris resolutionis docuit, Isosceli per accidens congruere tres angulos & quales duobus rectis. Reliquum est ut argumentorum importunitatem repellamus.

**Ad pri-** Concedo accidens primæ intentionaliter esse notius vnum-  
mum quodque sua substantia: proindeq; genere & specie: sed nego  
facilius

facilius esse percipere quid sit accidens, quam quid sit genus, vel species, quod euenit (ut in præsenti verba de his facimus & ut cū vulgo loquar) secundæ intentionaliter.

Ars debet quidem imitari naturam, nisi commoditas edocet Ad. 2. & iuuentutis aliud postulet, nam quod genus secundo modo erat opportunius & familiarius ad eliciendum genus logicum: decreuit prius anteponere minus consentaneam definitionem, ut prius eam secluderet à suo instituto.

Tempus per se nihil habet virium in ortu nec interitu: sed ratione aeris ambientis, tunc ita vel secus affecti, fit ut vim hanc vel illam tribuamus tempori, aëtas enim est calida & sicca: hyems frigida & humida, non quo ad tempus: sed quatenus ex tempore solet ambiens ita esse affectus: at vero ambientis affectio in patriæ ratione iam inclusa est, ut in scholijs dictum est.

Definitio sic est intelligenda, genus (inquam) est praedicabile Ad. 4. le cui recta linea subiicitur species: nam animato & sensitivo non recta linea coordinationis subiicitur homo: ens vero verum, vnum, bonum et eiusdem farinæ reliqua praedicabilia non sunt, quod sunt ambigua hoc est, & equiuoca.

Porphyrius meminit solum earum, quæ conducebant ad genus logicum sui similitudine venandum: reliquas omisit prudenter, tanquam ad subiectam materiam minus pertinentes: Aristoteles eas recensuit tanquam promiscuae metaphysici tractationi consentaneas.

Finitur secunda intentio nempe genus, non tamen pro seipsa Ad. 6. sed pro suis accepta significatis, pro singulis, inquam, generibus.

Sat est quod loco generis apponatur periphrasis, quod praedicitur de multis, & vice differentiæ, quod subiungitur.

Concedo genus esse tanquam formam, quod predicatum, comparatioe sui subiecti subit ratione formæ, atq; ita metaphorice nuncupata

nuncupatur forma: sed nego consequitionem, qua colligis quid  
prædicetur in quale: nam simili styllo non rectè colligeres. Pe-  
trus quidem est lapis metaphoricè. ergo ex Petro construi, vt  
ex lapidibus, potest domus.

9. Argu. Nego de mare & fœmina hominem prædicari in quid: nam  
mas & fœmina sunt prædicamenti qualitatis, species, figuræ et  
formæ, homo verò substantia est. Non igitur prædicatur de illis  
in questione qua petimus quid sit.

10. Arg. Socrates diuidum est metaphysico physico et geometræ: sed  
logico indiuidum est quia nimis divisione logica diuidi nō  
potest.

11. Arg. Color diuersis rationibus et genus & accidens est: genus qui  
dem est candoris, & reliquorum colorum de quibus, vt vides,  
dicitur in quid: accidens est parietis: de quo sane prædicatur in  
quale.

12. Arg. Genus ab specie discriminari dixit Porphyrius, non quidem  
ab specie subalterna: sed ab specie specialissima: nam ab specie  
qua genus etiam est, quorūm assignasset discriminem generis?

13. Arg. Sensibile quatenus appetitudinem significat ad sentiendum,  
proprium est animalis, prædicaturq; de multis speciebus: sed nō  
quarum uniuscuiusque sit proprium: non enim proprium est  
hominis, nec equi: sed solum dicitur de una specie, cuius (in qua)  
sit proprium, dico & animali: at verò genus de multis dicitur  
speciebus, quarum uniuscuiusq; sit genus.

14. Arg. Quale quid tribus modis percipitur apud Porphyrium &  
Aristotelem primo modo usus est hoc in capite Porphyrius, vt  
quale quid idem sonet, quale quoddam, quale quoduis, siue in  
quam sit essentiale, siue accidentiale: quomodo differentia, pro-  
prium & accidens prædicantur in quale quid. Altero modo  
quale quid significat, quod vulgo dicitur i schola, quale quidi-

tatiuum

tatiuum, id est quale essentiale, quale substantiale: quo pacto  
quale quid soli conuenit differentiæ essentiali. Tertio modo in  
prædicamento substantiæ utitur Aristoteles hoc vocabulo,  
vt significet quale quid, idem, quod, quid quale: quid in quam  
substantiam: quale talem vel talem (hoc est) essentiali dif-  
ferentia tali vel tali contractam. qua significatione secun-  
dæ substantiæ significare dicuntur ab Aristotele loco citato  
quale quid. Homo enim significat quid quale quid nempe ani-  
mal, quale, putà rationale. Quapropter homo idem est, atque  
animal rationale, ubi plane dico hominem esse quid quale.  
Quo fit: vt varia huius vocabuli significatione, congruè  
tamen adaptata, loca, que ulioquin viderentur aduersa, facta  
sint consentanea. nunc ad argumentum patet solutio: nam so-  
lae differentiæ essentiales significant quale quid secundo mo-  
do sumptum: at verò primo modo vt Porphyrius hic intellexit  
& differentiæ & propria, & accidentia significant quale  
quid.

Logicamethodus est nos introducēs ad uniuersas disciplinas:  
& nos instruens ad sermonem aptè verissimilem faciendū  
cum nulla in doctrina, nec apud ullum hominem sanæ men-  
tis aptæque & homine dignæ dictionis sit unquam in usu  
indiuidum accidens sub ratione prædicati: sed solum sub  
ratione subiecti. quis enim dicet interrogatus de Socrate, qua-  
lis est, quis (inquam) dicet, est hoc album? Profecto consultò  
factū est à Porphyrio vt accidentia indiuidua secluderentur qd'  
comunibus tribuit prædicari in quale, quādoquidē accidentiū  
indiuidua nisi apud inceptissimè loquētes vice semper priorū  
nominum, quorum penuria laboramus assumūtur & i usum  
vocantur sub ratione subiectorum, nunquam autem fiunt præ-  
dicata, nisi fortè aliquis sciolus sibi soli placens in sinu propria

authorita



authoritate, ita pronuntiet hanc. Socrates est hic musicus cuius nullam habemus rationem in Porphyrio. nec enim logici munieris est importunis ineptijs sola temeritate nouum loquendi modum fingentis respondere: sed veritatem & modum loquendi usitatum perpetuo imitari.

*Ad. 16.* Quale apud Aristotelem & Porphyrium sumitur trifaria, latissimè, late & strictè: latissimè quidem completetur deffertias essentiales praedicamenti substantiae & vniuersa, quæ reponuntur nouem in ordinibus accidentium: si quidem omnia hæc in præsenti capite, præter accidentium individua submunit in quale prædicari. Late sumitur quale, vt solum spectat ad accidentia communia, quæ resident vel subincluduntur in illis ordinibus. Strictè sumitur interrogativum quale, vt solum tribuitur praedicamento qualitatis vtque distinguitur ab interrogatio quantum, & ab interrogatio quotum, quæ postulant duntaxat id quod pertinet ad praedicamentum quantitatis: & ut secernitur pariter ab interrogatiis ad quid, cuius, ad quæ quo, & similibus, quæ pertinent ad ordinem relationum: nec non ab ubi & quando, quorum utrumque suæ coordinationis proprium est interrogativum: & ab interrogatio, quomodo se habet, quo partim postulamus an sit sanus an æger, quod attinet ad qualitatem: partim an sit, an discumbat, an decubat, quod ad situm tendit: partim an sit armatus, an inermis, an amictus an nudus, quod spectat ad habere. Nunc arguento respondemus Porphyrium eodem in capite, ubi dixit, differentias, & communia accidentia praedicari in quale, accepisse vocabulum. (quale) latissimè: sed paulò post, cum subiungit in quale, vel quo modo se habet, usurpauit late.

*Ad. 17.* Sensibile duplex obtinet significatum, materiale (inquam) et formale: itidem et rationale & irrational. Si quidem omnium

huiusmodi

huiusmodi essentialium differentiarum similis est etiam ratio: significatū enī sensibilis materiale est animal ip̄f, formale est anima sensitiva: materiale significatū rationalis est homo: formale vero anima rationalis. Porro si compares cum rationali sensibile, quod attinet ad significatum materiale, non aliud facis quam comparare animal cum homine. Atqui tūc planè concedo sensibile rationalis, per accidens nempe, ratione significati materialis esse genus. At vero si compares quantum ad significatum formale ita se gerit sensibile ad rationale: atque anima sensitiva ad animam rationalem à qua cū specie differat, vt argumentum ostendit, multum, abest quod eius dicatur genus. Quo fit vt sensibile per se non sit genus rationalis nisi per accidens, hoc est ratione animalis & hominis, pro quibus in enunciationibus accipiuntur.

Dico animam genus esse ad sensitivam, vegetativam & 18. Arg. rationalem. quod vero subiungis potentias illas accidentia esse: animam vero substantiam, nego sane. Nam species animæ cùm sint loco. in arguento, citato, apud Arist. necesse est: vt in eadē categoria reponantur. Ad diuum Thomā dico vegetativum & sensitivum, & istiusmodi potentias animæ dupliciter venire sub nostrum intellectum: vel organicè vel effectiue. exempli gratia, cœco à natura clarū est animam, quod ad se attinet, visuam esse, & originaliter ac effectiue, potestatem habere ad videndum: sed priuatam dicemus potestate videnti organica: siue vt ita loquar exequitiva: porro visuum origine sua nihil est aliud, quam anima potes videre, quo pectora reuera substantia est: sed visuum organicè est merum accidentis. Et ita existimo intellexisse diuum Thomā: quod si minime uenerit, malo sentire cum Aristotele pronunciante anima genus harum potentiarum, & substantiam genus animæ.

c Quocirca



Quocirca substantia harum potentiarum etiam est genus, ut facile ab initio primi capituli secundi de anima, usq; ad quintū liquebit per legenti Aristotelem.

19. Arg. Concedo animal qua genus accipere esse ab intellectus operatione: & cùm subiungis. ergo animal qua genus accidens est: pariter concedo, cùm vero subiungis. ergo non est substantia similiter concedo, quatenus intelligitur sub ratione secundæ intentionis deniq; cùm concludis, ergo non prædicatur de substantijs in quid, nego consequitionem: nam animal diuersis rationibus est prima & secunda intentio, simulq; substantia & accidens: substantia quidem quatenus animal, idē quatenus percipitur subiuci vel prædicari, quod extrinsecus accidens ei conuenit non substantia iam: sed accidens nominandū & intelligendū est nō secus, quām Socrates qui qua homo est: substantia, estimatur: qua vero musicus facie induit accidentis.

20. Arg. Annotare debemus istam phrasim per accidens duplitem in usu scholæ habere significationem, primam qua idē sonat per accidens atque si dicerem per id quod ei accedit quaq; vera est maior argumenti. Altera est qua per accidens id sonat quod per aliud siue ratione alterius, qua uis est Aristoteles quarto capite primi post. ubi ait triangulū tres habere angulos & equales duobus rectis: Isoscelem vero & scalenon per accidens non per se cū sint species trianguli. Hac igitur significatione minor est vera: falsa vero maio. Atq; ita cauillus est in dupli & æquiuocallius phasis usurpatione.

### Scholia in caput Secundum.

¶ Species dicitur quidē & de vniuscuiusq; forma. Post generis tractationem ad speciem se connertit prætermissa differentia: nam & si ordo naturæ postulet, ut speciei, tanquam natura prior, differentia anteponatur: tamen ordo doctrinae

nae

næ magis discentium utilitati, quam naturæ dignitati accommodatus, secus efflagitat. Itaque post generis explicationem de specie, mox fuit dicendum: ob id nimurum quod nomē (genus) & nomen (species) qua metaphorica comparatione mutua dese inuicem instituta sunt, id ipsum quod sunt, genus quò genus, species quò species, sui ad inuicem relatione sint: adeo ut neutrum altero neglecto intelligi possit. Ceterū quod metaphorice logica species nomen sortitur, prius præmonet, quam grammatici naturalem appellant significationem, quāque barbari, nescio qua causa adducti, proprium nominant, ut metaphorica improprium: quod facit de industria, ut basim et rationem suæ metaphoræ dico translationis, rudioribus apperiat. Et enim græcè εἶδος species latine, idē est, quod forma, siue imago, siue facies, siue vultus, siue primus rei conspectus. barbari apparentiam nuncupant. Quomodo vultus decorus, et regiam quandam dignitatem præseferens, cùm animali sit imago imperio digna species, à nobis illum suspiciens & admirantibus esse dicitur. pariterq; ad eius analogiam hominem, equum, leonem, veluti imagines animalis, species animalis, nuncupantur. Sunt enim tanquam proles animalis, & ab animali, tanquam à parente logicè procreatæ, & animalis totam naturam, et essentiam præseferentes. Quis enim conficiat hominem, qui non oculis cernat ferè totam essentiam animalis: ipsum videns perse subsistentem, corporeum, viuentem, & sensituum.

¶ Dicitur autem species.

Hic, meo iudicio, non speciem: sed de ea differens rudem explanationem assignat. Si vero defendere velis definitionem esse propter cauillorum molestiam subintelligo, speciem esse vniuersale siue vulgo dictum prædicabile, quod recta linea sui ordinis

c 2 nis

dis generi subiicitur: ut secludantur individua, quæ nō sunt  
vniversalia, simul ac differentiae: quæ non ordinantur in re-  
cta linea, sed latus tacentur dextrum, aut sinistrum.

Album autem coloris speciem.

λευκὸν græcè concretum est, sed usurpari solet, ut hoc  
in loco euenerit, pro abstracto: dico candidum pro candore.

Triangulum verò figuræ speciem.

Figura Euclidi primo elementorū superficies est plana vnica  
vel multis lineis undeque clausa: una quidem, ut circulus:  
duabus, ut semicirculus: tribus ut trilatera, quatuor, ut qua-  
drilatera: & sic deinceps ex singulis speciesbus numeroru de-  
riuando singulas species figurorum. Ut enim ad ultimam nu-  
meri species peruenire nunquam possumus, ita vniversas fi-  
gurarum species absoluere protinus est impossibile.

Nosse se oportet quoniam genus alicuius est ge-  
nus.

Genus & species inquit esse relata: hoc est, quæ si quid esse  
dicuntur, id nimirum obtinent in sui mutua comparatione.  
Vbitantis per aduertendum est, species bifariam cadere sub  
nostram cognitionem. Vel quatenus species nomen aliunde  
traductum, ob alterius penuriam accepit, quo pacto generis re-  
latum est. & si, ut inferius explicabimus, sub vi nominis spe-  
cies relatum etiam sit interdum individuorum. Vel quatenus  
vniversale vnu ex quinque est, quod, ut dudum dixi, ob  
penuriam vocabuli non possumus non appellare species. atq;  
ita species nimirum considerata, quatenus vniversale, siue  
vulgò predicable, relatum est: non quidem generis, sed indi-  
viduorum. quo pacto finietur mox à Porphyrio sub hijs ver-  
bis, species est, quæ predicatur de multis numero differentibus  
in quid.

Species

¶ Species est, quæ de multis numero differen-  
tibus.

Hac in definitione subintelligēda est particula, solum, ut (qd  
Porphyrius submonet) solum conueniat speciei infimæ.

¶ Planum autem erit, quod dicitur hoc modo.

Exemplo substantiæ describit nobis decem coordinationum  
œconomiam, consultò quidem. Nam præter id quod substanciarum classis dignitatis & naturæ ordine primum locum si-  
bi vendicat, familiarissimis & nostræ ruditati notissimis no-  
minibus præstat plurimum autem refert quod doctrina et e-  
ius exempla semper ducantur à notioribus.

¶ Sed corpus animatum.

Corpus animatum, nec simplex est voce, cum duabus con-  
stet distinctionibus, nec significatione simplex est: si quidem non  
vnus, sed duo est vniversalia, nempe genus & differentia. si  
quidem, corpus, genus est: animatum verò differentia. Sed spe-  
cies corporis, & genus animalis, hic appellatur propter penu-  
riam vocabuli simplicis, quod Porphyrio non suppetebat cu-  
ius loco usus est finitione, quæ nihil est aliud, quam ipsum fi-  
nitum explicitum, ut finitum est, ipsa finitio implicita.

¶ Cum sit supremum & primum principium.

Decem supra genera Quintilianus decem appellat elemen-  
ta: Porphyrius hic decem appellat principia: non quidem rerū  
principia, nec aliarum doctrinarum: sed ipsius logices elemen-  
ta & principia sunt, à quibus primum omnium finitiones, di-  
visiones, et argumentationes exordiuntur: & in quæ ultima  
reuocantur. Sunt autem hæc tria propria huius artis et instru-  
menta, quorum adminiculo veritatem inuestigat, amplecti-  
tur, ut falsitatem omnibus modis insecatur & propulsat.

¶ Eam verò, quæ est ad posteriora non diuersam

c 3 habet



habet sed eadem.

*Nomen (species) eo consilio translatum est ad significandas partes generis, ut potissimum logicis species appellantur generis gratia, collationeque. Sed quia vis huius nominis (species) non solum conuenit illis, ratione generis: verum etiam individuorum relatione, fit nimirū (quod hic ait Porphyrius) ut species dicatur & superiorum & inferiorum, alia tamen & alia ratione. Ut enim idem & sui patris, & sui filij est imago: patris tamen, quatenus eius filius, filij vero quatenus eius pater, ita nimirū hic euénit: ut homo, ut inquam homo, species sit animalis, & singulorum hominum: sed animalis est species, tanquam pars minus vniuersalis, singulorum autem hominum tanquam totum vniuersale.*

*Quod autem inquit Porphyrius, speciem infimam vnam duntaxat subire relationem, non geminam, intelligendum est, quantum ad præsens institutum attinet. In quo vnam appellat habitudinem, ex qua vnum duntaxat nomen quinque vniuersalium accipitur: geminam vero, ex qua geminam: at vero, & si species homo dicatur tum generis, tum individuorum comparatione: vtrinque tamen nomen idem obtinet vniuersalis, vtrorumque si quidem appellatur species.*

**T**Et si quis omnia entia vocet, & qui uocè, inquit, nuncupabit.

*Sub equiuocorū nomine hic tum fortuita, vulgo à casu dicta tum analoga complectitur. Quod fecit etiam primo capite antepredicamentorum.*

**T**Specialissima vero in numero quidē quodam sunt, non tamen infinito.

*Species individuorum comparatione, & si numerosae sint, non tamen*

ramen adeò sunt infinitæ: sed individuorum numerum cum speciebus collatum dicet esse infinitum. Singulis enim speciesibus ut plurimum correspondent individua propemodum infinita. Porro species horum trium utpote numeri figuræ, partis aliquotæ apud Geometras & Arithmeticos potentia quidem infinitæ sunt, acta tamen sunt definite.

**T**Individua autem quæ sunt post specialissima infinita sunt.

*Individua reuera finita sunt, sed pro nostro captu per exiguo iure appellantur infinita sunt enim singula singulis penè momentis adeo sui dissimilia, ut nulla certa ratio, neq; firmum præceptum intellectu nostro percipi possit: quod non euénit in speciebus, quarum certa lex & explorata ratio suapte natura comparari potest. Nam numeri species, quæ (ut dixi) potentia infinitæ sunt, rata & exacta à nostris Arithmeticis ad amissim traditur enarratio: in qua illius ipsius specierum in infinitum progressus explicatur vis & certissima causa.*

A generalissimis descendétes iubebat Plato quiescere.

*Qui duce experientia primi fuerunt authores inueniendarum artium, ab individuis gradatim per species ascendendo versus genus supremum profecti sunt. Qui vero multò post messem metentem alienam accedunt ad ediscendas disciplinas iam pridem ab alijs inuentas, ij nimirū sunt, qui descendentes à superioribus generibus & à præceptis vniuersalibus, iubentur à Platone quiescere in specialissimis: intelligito vero prudenter hoc, hoc est, in doctrinis tradendis & ediscendis nunquam descendendum est ad singula, quæ passim euadunt sui absimilia, sed sistens*

c 4 dus

dus est gradus in finitis speciebus, quorum constans & perpetuo sui similis, nec non ab omnis erroris iniuria vendicata methodus valet constitui & præcipi. At verò nec Plato, nec Porphyrius negat medicum, dialecticum, & quemvis alium artificem præcepta, quæ in arte didicerit, vocantem in usum & praxi accommodantem, quæ tota circa individua versatur, rationem habere individuorum.

¶ Participatione speciei plures homines sunt unus homo.

Plures, inquit, homines numero suscipientes nomen & rationem hominis in uniuersum fiunt nimurum unus homo, non quidem numero: sed specie. Ut uniuersa animalia, quæ numero & specie plurima sunt, participatione tamen animalis fiunt unum animal: unum, inquam, non numero, nec specie, sed genere.

¶ Diuisum enim semper est, quod singulare est.

Nomine singularis intelligit hic individuum, et quamvis partem minus uniuersalem. quod verò, inquit, perspicuum est. cum enim dicimus, animalium, aliud rationis compos, alterū expers: animal quod generale est, diuisum appellamus. Sed rationis compos & rationis expers membra nominamus diuidētia. Semper igitur, quod dividitur uniuersale est: quod verò dividit particulare.

¶ Oportet autem æqua de æquis prædicari.

Vbi dixit iamdudum speciem nec de proximo sibi genere, nec de superioribus prædicari subiungit hæc verba, oportet enim in comparandis ijs, quæ superioris, & inferioris ordinem gerunt, vel quæ sibi æqua sunt, oportet, inquam, æqua de æquis vel inferiora de superioribus dicere: inferiora verò de superioribus

ribus minimè licebit, vbi non habet sermonē, vt vides, de hac homo est musicus. Cuius extrema nec æqua sunt nec vnu est altero superius, de quib⁹ solis verba fecit. qd' verò inquit aut æqua de æquis, non intelligendum est generaliter sed indefinite: nam cum hic intelligat apta prædicatione solum superiora de inferioribus, vel æqua de æquis dici posse: minimè verò inferiora de superioribus, nostrum erit ita cōparare æqua cum æquis, vt decens & apta formetur prædicatio. Est autem apta prædicatio quæ est alicui⁹ uniuersalis, si maius, vt cū vulgo loquar, alicuius prædicabilis de proprio subiectibili prædicatio.

¶ Individua autem dicuntur.

Proprietates hic vocat singula quæque siue sint essentialia siue accidentalia, quæ conueniunt alicui. Hæc autē finitio mea est interpretatio data ruditati per signa quædam extrinseca. Ethimologia verò ea est, quā capite de genere monuimus, quod inquam appellantur ḥec & τοῦτα græcè, individua latine: quia diuisione logica diuidi non possunt.

¶ Socratis enim proprietates.

Singulæ Socratis proprietates fore in alijs multis inuenientur: sed uniuersa ne in uno quidem, quod sit à Socrate aliud numero.

¶ Totum quoddam est genus.

Totum (inquam) est genus speciei non constitutum, non esse entiale, non integratum, sed uniuersale individuum ex aduersum pars est non essentialis, non integrans, nec constituens

speciei, sed pars dicta minus uniuersalis. Simile iudicium de specie nunquam genere nunc cum individuo collata faciendum est.

c 5 Questio

## QVÆSTIO.

**E**st ne doctrina tradita hoc in capite, vero, mente  
tique nostræ consentanea.

Nam secus esse his argumentis vero simile fit. Principio quidem, ars est imitatrix naturæ, logica est parens omnium artium, ergo maximè incumbit ei ex officio imitari naturam: at qui differens de specie priusquam de differentia ordinem naturæ peruerit: igitur doctrina haec non est vero consona.

**1. Argu.** Species, inquit Porphyrius, est forma: quin Cicero species formæ appellat, ergo contrauenit Aristoteli hoc nomine inse  
stanti Platonem, quod rerum species existimaret esse ideas, siquidem ideae mere sunt formæ.

Album, inquit, est species coloris: at qui color verè de can-  
dido dici non potest, ergo aliquod est genus, quod non prædi-  
catur de sua specie, quod est absurdum.

**3. Argu.** Inquit, necesse fuisse, (quia genus & species relata sunt) in  
utriusque ratione altero uti, & utrumque viciſſim finire per  
alterum: sed paulo post veriſſimam & propriiſſimam species  
finitionem neglecto genere constituit, dicens: species est,  
quæ prædicatur de pluribus numero differentibus, in quid:  
ergo vel ipſe ſibi contradicit, vel crassa iuuentus nesciet quo  
ſe vertat h̄c in loco.

**5. Argu.** In prædicamento substantiæ nominatim subordinati in-  
diuidua, sub his verbis, sub homine vero, inquit, Socrates  
& Plato & qui sunt particulares homines: ergo falsum est  
quod ex sententia Platonis postea dicit, ei, qui descendit à  
supremo genere gradatim per intermedia in infima specie  
ſistendum esse gradum, ne descendat ad indiuidua, quorum  
non potest haberi disciplina.

Sub substantia constituit corpus, tanquā speciem substantię

&amp;

Et genus viuentis: sed Aristoteles corpus facit quantitatem,  
ergo corpus non est substantia si dixeris, vocabulum, corpus 6. Argu.  
ambiguum. i. equiuocum esse: ergo rei ciendum fuerat a cō-  
ſortio prædicamentorum.

Animatum corpus, inquit, species est corporis græcè voca-  
bulum est simplex & voce & significatione, quod idem pro- 7. Argu.  
tinus sonat atque complexum hoc, animatum corpus, quodq;  
græcis idem significare videtur, quod latinis viues: ergo pſti-  
tisset Porphyrio gratia sinceroris & facilioris doctrinæ, oēm  
præoccupādo cauilli occasiōne uti vocabulo viues, quod vera  
est species corporis, verūq; genus animalis, quā, uti complexo  
corpus animatū, quod nihil minus est quā genus & species.

Inquit, rationale animal speciem esse animalis, hoc, inquā, 8. Argu.  
Platonicum est & ethicum: ergo nec verè politus est pri-  
mo capite, se hoc in opusculo fore peripateticum, nec nobis  
Christianis tutum est Porphyrio fidem ullam adhibere.

Homo, inquit, non est genus particularium hominum, sed 9. Argu.  
ſolum species: sic incurro: animal genus est hominis, quia est  
tanquam genitor hominis, non reuera, sed logicè: sed eadē vis  
metaphoræ potest accommodari homini comparato cum singu-  
lis hominibus, igitur metaphorice homo cōparatione Socratis  
potest appellari genus. firmat hoc testimonio Rodolphi Agri-  
cole primo libro de inuentione appellantis hominē genus So-  
cratis, saltem, inquit, quod induat faciem generis.

Substantia inquit, cū supra eam, 10. Arg.  
ſit, genus est generalissimum: sic oppugno, illa ipsa substanc-  
tia, cui supremū tribuis locum, una secundarum substantiarum est: ergo supra eam est secunda substantia, supra quam  
adhuc est substantia, generalior nimis quam sit prima  
& secunda. Adde quod substantia unum est ex generibus  
generaliſſi

generalissimis, est igitur contenta sub genere, ut genus continetur sub praedicabili: non igitur substantia suprema omnium est, sed supra eam est genus generalissimum, super quod genus, cui praest uniuersale, quo superior est denique secunda intentio.

11. Arg. Substantia & corpus ex sententia Aristotelis in hoc capite categoriarum genera sunt subalterna: nam eadem periphrasi græca, qua hic utitur ad appellanda genera subalterna, illic etiam usus. Sed illuc sunt genera subalterna substantia & corpus: ergo & hic non igitur substantia genus est generalissimum.

12. Arg. Quantitas & qualitas non sunt genera suprema: ergo nec substantia. Antecedens ostenditur: accidens, ut finitur à Porphyrio, genus est ad quantitatem & qualitatem, cum sit simplex voce & significatione, quod quidem de illis praedicatur species differentibus, in quid: ergo quantitas & qualitas non sunt genere suprema.

13. Arg. Inquit, animal speciem esse superiorum: genus autem inferiorum: occurrit i hoc quod ita videatur se gerere animal ad singulacollatum animalia, atq; homo collatus ad singulos homines: ut Porphyrius docet, homo non solum species est animalis, verum singulorum hominum: ergo animal non solum superiorum species est, sed etiam est species singulorum animalium. Accedit quod ut homo tanquam forma et imago est in qua intuemur naturam animalis, & naturam omnium hominum, ita etiam animal tanquam imago est, in qua pariter contemplatur naturam viuentis, simul & essentiam singulorum animalium.

14. Arg. Inquit, speciem unam duntaxat subire comparationem, ea scilicet, quam habet ad superiora: eam vero, qua confertur cum

cum sibi suppositis, non inquit, diuersam à priori. Inaduersum facit, quod ipse met fabiungit, inferiorum speciem dici, quia ea continet: superiorum vero dici speciem ob id quod ab illis continetur: habet igit & re et ratiōe distinctas duas collationes.

Inquit individua infinita esse: vel legitur infinita sunt reuera, vel nostri exigui captus comparatione: non primum: ut ostendit fūsius Aristoteles tertio physicorum commonstrans, infinitum numero vel magnitudine in rerū natura esse non posse. Non alterum: alioquin falso docuisset, species infimas in numero quidem quodam esse, non tamen infinito. si quidem partium aliquotarum numerorum & figurarum species pro angustis mentis nostræ cancellis pariter actu sunt infinitæ.

Socrates & Plato ab ipsis met Porphyrio appellantur individua: homo vero et equus minimè. Sunt igitur homo & equus individua: nimirum quæ dividantur in singula quæque suorum individuorum. roboratur hoc testimonio ipsius met Prophirij hoc in capite dicentis, singulare et particulare divisiuum esse: Sed singulare speciei specialissimæ immediate divisiuum esse solum potest. Subdividitur igitur à logico species adhuc in individua quæ iure individua nuncupata sunt, ob id quod amplius dividendi minimè queant: falsa est igitur doctrina Porphyrii ex sententia Platonis nos admonens, ut descendentes à supremo genere dividendo finem faciamus in speciebus infimis, ne pertinguamus individua.

Inquit, participatione speciei plures homines sunt unus 17. Arg. homo. Vel ille ipse unus homo, particularis homo est, vel communis: non particularis, ut liquet, igitur sunt unus homo communis. Tunc sic insequor, vel ille ipse unus homo communis est unus in omnibus particularibus hominibus reuera citra operationem intellectus, vel beneficio solum ipsius intellectus effet

esset indiuiduis, quod est contra communem scholæ sententia non alterum: nam ex eo colligerem, quod nullo intellectu aduertente ad huiusmodi considerationem, falsa esset sententia Porphyrii pronūcians, quod plures homines particulares sint vnum homo communis.

18. Arg. In ijs enunciationibus, homo est probus, sapiens est honore afficiendus, quam aptissimè pronunciamus vnum de altero, tamē nec superius de inferiori nec æquum de æquo in illis prædicatur: ergo falsum est, quod oporteat superiora de inferioribus, vel æqua de æquis prædicari.

19. Arg. Aliquid prædicatur de specie, quod non prædicatur de indiuiduis: ergo falsum est, quod ait, superiora semper de inferioribus debere prædicari. antecedens ostenditur: de homine verè dicitur quod sit species, attamen de nullo singulorum hominum verum est dicere quod sit species: igitur minimè quādrat hac in parte Porphyrius.

20. Arg. Species, (inquit) prædicatur de indiuiduis vel hoc est intra limites logices, vel extra: non quidem extra: nam Porphyrius egredetur limites præsentis instituti, quod minus concedes. nec est quod dicas intra limites logices, tam tunc falsum esset quod præmonuit ipse met, logico (inquam) nullam habendam curam indiuiduorum.

21. Arg. Socrates est indiuiduum: sed Socrates de nullo dicitur, ergo falsum est quod indiuiduum de uno sclo dicitur: consequētia est manifesta. Maior liquet, minor ostenditur Aristotelis testimonio in prædicamento substantiæ, vbi docet, à prima substantia nullum duci prædicatum, sed Socrates est prima substantia, ergo Socrates de nullo prædicatur.

22. Arg. Sophronici filius, suapte natura aptum est, vt de multis dicitur, quomodo quidem quod ad se attinet de multis dici potest

test: ergo Sophronici filius nihil est minus quam indiuiduum.

Proprietatum hominis collectio nūquam in alio ab homine 23. Arg. eadem erit, homo igitur est indiuiduum. Consequutio constat loco à finitione. Antecedens verò fulcitur, quando quidem si colligas vniuersas hominis proprietates et in vnam summā redigas, nunquam vniuersarum summa in alio ab homine comperietur.

Socratis, inquit, proprietates nunquam in alio eadem erunt 24. Arg. vel legitur singulæ nunquam in alio comperientur, vel vniuersæ. Non quidem singulæ, (quod plane falsum est) nec etiā vniuersæ, siquidem homo indiuiduum esset, cum vniuersæ hominis proprietates collectim assumptæ nunquam in alio eadē erunt. minimè igitur indiuiduo consentit & coequatur in totum à Porphyrio præscripta finitio.

Pars cōtinetur à toto: at verò genus speciei pars est: species 25. Arg. verò ex genere tanquam ex materia, & ex differētia tanquam ex forma totum est constitutum: ergo genus ab specie cōtinetur, non autem (quod inquit Porphyrius) species à genere. ade quod corpus animalis genus sit: continetur autem corpus velut pars essentialis in suo toto (dico in animali) nō igitur species animal continetur à genere corpore, sed potius corpus, nimirum pars, continetur ab animali.

Species est totum Socratis: ergo species totum est alterius: 26. Arg. falsum igitur est, quod inquit Porphyrius, speciem quidem nō esse totum alterius, sed in alijs.

Totum & pars opposita sunt: ergo eiusdem comparatione 27. Arg. idem non potest esse totum & pars. Atqui homo animalis totum est constitutum, vt proximo capite docturus est Prophyrius: sed idem eiusdem pronunciatur esse pars: ergo idē eiusdem collatum & totum est pars.

Porphyrius

*Porphyrius pollicitus est se traditum institutionem hanc  
28. Arg. facile, utiliter, & breviter: Sed hoc in capite pro introductio-  
nis ratione fuit vastus: ergo non videtur esse sui similis.*

1. Nota. *Repugnat his omnibus argumentis authoritas Porphyrii post  
Aristotele singularis & communis scholæ omnium sententia.*

2. Nota. *Pro solutione huius questionis recolenda sunt ea omnia,  
quæ in scholiis huius capitum adnotanda duximus.*

*Insuper intelligendum est ordinem esse duplicum, naturæ  
vnum: doctrinæ alterum. Est autem ordo naturæ, quo vtitur  
in suis operibus conficiendis ipsa natura. Solet autem natura tri-  
plici ordine vti: vel enim pergit à simplicibus ad composita:  
vel à causis ad effecta: vel ab uniuersalibus ad particulare.  
Finitur autem in scholis sub hac forma, ordo, inquam, naturæ  
est, quo proficiuntur à prioribus natura. Vocaturq; prius na-  
tura id à quo non recurrit consequentia subsistendi, vel quod  
alterius causa est vt Aristoteles post prædicamento prioris per-  
spicue docet. At verò quia artis perfectio consistit in imitatio-  
ne naturæ, dialectica est parens omnium artium maximè in-  
cumbit ei ex officio pro sua virili & pro iuuentutis captu &  
commodo imitari naturam. Si verò interdum institutio pro-  
pter iuuentutis ruditatem aliud exposcat intermissio naturæ  
ordine debet dialecticus studere ordini doctrinæ, cuius offi-  
cium est proprium exordiri semper ab iis, quæ instituendæ iu-  
uentuti notiora, magis familiaria, & magis ad manum posita  
sunt. Est enim ordo doctrinæ ordo, (vt in scholis diffinitur)  
quo auspicamur semper à notioribus nobis vt ordo naturæ,  
quo solemus exordiri à natura notioribus, imitatione naturæ.  
Notiora natura sunt, ea ipsa, quæ dudu appellauimus priorana  
tura. Notiora nobis, quæ nobis vel prouectis vel rudissimis  
quibusque magis in usu magisque explorata sunt. Quocirca*

vbi

*vbi contingat eadem esse & natura priora et nobis etiam ca-  
ptu facilitiora tunc simul nauabimus operam vtrique ordini.  
& appellabitur ordo vtroque nomine & naturæ quidem et  
doctrinæ: qualis est ordo quo nixus Porphyrius est hoc in co-  
dice anteponen genus reliquis prædicabilibus. Vbi verò quæ  
natura priora, & notiora sunt nostræ mentis imbecillitati vt  
prius doceatur sint minus conuenientia, tunc sane, in traden-  
da doctrina (cuius finis & scopus est ante omnia docere) ob  
nostram utilitatem ordini naturæ doctrinæ ordo anteponen-  
dus est. Quod Aristoteles in physici operis prefatione sub his  
verbis expressit, nobis inquit, fortassis incipiendum est à notio-  
ribus nobis. Quasi dixisset, cum doctrina non tradatur natu-  
ræ, quippe quæ sapientissima sit, sed nobis, nobis inquam, non  
doctis, qui nō indigemus præcepti ope, sed nobis rudibus, quo-  
rum instruendorum gratia doctrinæ omnes & excogitatæ  
& exultæ sunt, res ipsa loquitur tradendam esse doctrinam  
omnem per ea, quæ sint notiora nobis, quibus facile percipitur  
in tradenda doctrina quavis perpetuo quidem obseruadū do-  
ctrinæ ordinem, non autem semper naturæ, sed quando serua-  
ri possit citra iniuriam discentiū ruditatis.*

*Plato existimabat, in uno quoque rerum genere quippiam 3. Nota.  
esse omnium sui generis perfectissimum tanquam ideæ & ex-  
emplar reliquorum omnium, ad cuius normam & imitatio-  
nem producantur à natura reliqua eiusdem generis. Itaque id  
semper sui simile ac eternum, agebat, causam esse formam, cu-  
ius participatione reliqua constarent: appellabatque ipsum ho-  
minem, ipsum equum, ipsam virtutem ideas huiusmodi pro-  
pter supremam, quam eis tribuebat, dignitatem: de quibus Ci-  
cero in Oratore ad Brutum hæc verba subiungit, has, inquit  
rerum formas Plato appellat ideas easq; gigni negat et ait sem-  
per*

per esse hac ratione & intelligentia contineri, cetera nasci occidere, fluere, labi, nec diutius esse uno & eodem statu. *Hec Cicero de Platonis formis.* Interest autem inter Platonem et Aristotelem hoc discriminis, quod ad formas huiusmodi attinet, quod Plato eas tanquam vindicatas ob omni ortu & interitu nec non ab omni affectione separatas re vera, et ratione ab individuis omni permutationi subiectis constituerit. Aristoteles vero ratione quidem & intellectu abstrahi posse a suis individuis existimauerit: reuera tamen ita subsistere in individuis, ut illis sublati hae omnia corruant, quippe cum reuera nihil sint extra individua. Id quod sub his verbis Aristoteles plane monuit in praedicamento substantiae, sublati inquit primis substantijs, hoc est individuis, impossibile est aliquid aliorum remanere. Quasi dixisset, si nullus hominum subsisteret profecto funditus homo non esset. Si nullum animalium extaret, ne unum quidem animal in rerum natura per se constaret, quin protinus aboleretur. Est etiam inter Platonis & Aristotelis sententiam hae distantia, quod Plato hominem, equum, leonem, & cetera huiusmodi species & formas appellat, persuasus nimis reuera formas esse et species. Aristoteles species quidem & formas appellebat, metaphorice tam id est translatiè ad analogiam formarum & specierum, que reuera tales sunt. Derridet autem Platonem hoc nomine, quod huiusmodi ideas dixerit exemplaria esse reuera, quibus utetur summus ille architectus in condendis et producendis ad ilorum imitationem singulis rebus.

**4. Nota.** Logicus autem duplex est, unus quidem praceptius intradidis huius artis praceptis maturus & sagax, qui nunquam descendit ad individua, sed intra limites sue doctrinæ singula præcepta in uniuersum interpretatur: omittit autem individua quod

quod eorum sigillatim singulorum non possit haberi disciplina, si quidem sunt singula in perpetuo fluxu, singulisque penè momentis evadunt sui dissimilia atque adeo in tradendis & percipiendis doctrinis certa eorum nulla deprehenditur ratio, nisi quatenus in preceptum aliquod promiscuum & generale revocantur. Alter est, qui postquam didicerit precepta, ea quanto potest iudicio & industria vocat in usum differens de qualibet questione sibi proposita siue circa singula individua, siue circa uniuersalia: hic vero quemque accepit monitis & praceptis artis accommodans ad singula quæque magna parte se exercet circa individua, ut enim doctrina est uniuersalium, ita usus circa particularia maximè versatur. Appellatur autem logicus hic vulgo logicus utens, aliter dici potest Logicus praceptivus. in summa praceptivus ut hic iubet Plato, speciem non subdividat in individua, nec speciem praedabit de individuis. Quia sui munera in tradenda doctrina uniuersalium non est rationem ullam habere individuorum. Alter, quia totus est in usu positus, dividendo descendit ad individua: nec non praedicationem facit speciei de individuis, & similia obit munia, quæquidem uniuersim praceptis tradita singillatim individui ex proprio munere habet prudenter adaptare.

Genera subalterna latine υπόληλα græce, aliter apud Porphyrium, aliter apud Aristotelem sumuntur. Nam apud Porphyrium genera subalterna sunt, quæ alternis vicibus nunc species, nunc genera sunt. Sed apud Aristotelem genera subalternatim posita nuncupantur, quæ alternis vicibus, ita se gerunt, ut utrumque alterum contineat, & vicissim ab altero contineatur. Exemplares innotescet, substantia, in qua & corpus genera sunt apud Aristotelem subalternatim sub-

d 2 ordina

ordinata sed apud Porphyrium minimè. Cū substantia genus sit

6. Nota. generalissimum, non autem subalternum.

Accidens bifariam potest à nobis considerari: vel vt prima intentio: quō quævis res in quovis nouē prædicamētorū collocata intelligitur esse accidens. Estq; tunc equiuocum ad nouem illa rerum genera. Vel percipitur quatenus est secunda intentio: quomodo finitur ab Aristotele secundo capite anteprädicamentorum sub his verbis, esse unum in altero tanquam accidens in subiecto, est esse in altero, & non esse partem illius, et non posse sine eo, in quo est. Tumq; accidens uniuocum est ad prædicta nouem rerum genera, nec est incommodum quod supra illa sit aliquid uniuocum quod sit secunda intentio. Exemplo fiat hoc dilucidius, cādor quatenus color disgregatius virus prima est intentio, & qualitas est: idem quatenus accidens (quod nomen obtinet tanquā relatum comparatione subiecti, cui accedit) secunda intentio est, quæ in nulla præscriptarū ab Aristotele categoriarum reponitur. & si reuera relatum sit cuius esse possum est in sui ad subiectum, cui accedit, collatione.

7. Nota. Illud etiam velim admonere, quod multis locis erit documentum, quod in omni metaphoraratio & causa quæ authores induxit ad faciendam translationem sufficiens non sit vt sine usu, vel autoritate vocabulum cuius rei simili, cui eadem quadret ratio, tribuatur. Exemplum, hoc magis aperiet: appellat Porphyrius & Aristoteles metaphoricè genus, quia principium est in logica speciei procreatione eandemque rationem, quam gerit animl ad hominem, eandem nimirum obtinet homo comparatus ad Socratem. Vides igitur translationis rationem utroque consentaneam: sed nomine, genus animali iure tribuemus, homini vero nihil minus. Ob id nimirū,

quod

quod illud in usu est, hoc vero dialecticorum usus abhorret. Nec enim in vocabulorū significationibus expendēdis ullius tantum habemus rationem atque ipsius usus. Est enim hic optimus dicendi magister. Ex his vero colligitur istam formā consequutionis infirmam esse, homo, inquam, appellatur tota natura & essentia animalis. ob idq; tanquam animalis imago species nuncupatur, sed Socrates in se ob oculos ponit natu ram & essentiam hominis est igitur hominis species ipse Socrates. Idē iudicium de huiusmodi omnib⁹, quæ passim tibi occurrent cū in logica, tum in reliquis disciplinis.

Ad notandum deinceps est, quid appelletur à Porphyrio homo communis nec enim, & si Platonicus fuerit, nunc Academicī personam gerit, sed peripatetici. Percontor à te quid sit Socrates? respondes homo. Quod Plato? subiungis iterum homo. Si rogem tunc? an idem homo dictus fuerit de Socrate, atque Platone? scio dices, idem. Idem igitur, quod fecisti Socratis & Platonis prædicatum, illud, inquam, ipsum, hominem cō munem appellat Porphyrius. Si vero incurras, colliges ex hoc quod unus & idem homo sit in singulis hominibus. Dicam unum & eundem hominem specie in singulis hominibus sub sistere, non tamen unus & eundem numero.

Si vero rursus inficeris: ergo præter singulos homines, est aliquis homo? nempe communis nego consequentiam. Quādoquidem ille ipse communis homo, reuera nihil est præter singulos homines.

Individuum in schola percipi solet quadrifariam dici vel individuum pro nomine demonstrativo designatū, vt hic homo vel nomine proprio insignitum, vt Petrus vel individuum ex hypothesi, vt Sophronici filius: vel vulgo appellatum individuum vagum, vt, quidam equus, quibus quatuor exemplis

d 3 Porphyrius

*Porphyrius vsus est in sua institutioe. At vero illud aduerten-  
dū est, qđ vere individua simplr sola sint, quæ noīe proprio vel  
pronominc demōstratiuo determinant, vt Socrates, et hic mu-  
sicus, sed Sophronici fili⁹ individuū quidē est ex hypothesi, sed  
simpliciter nō est idividuū. Ceterū, quidā homo, individuū est  
interdū in mēte pronūtiatis, quia eo utimur tāquā individuo,  
sed ex modo sua significatiōis nihil minus est quā individuū.  
Atq; ita Porphyrius capit. de genere meminit solū individuo-  
rū ex demōstratiōe et nominib⁹ proprijs designatorū. in capi-  
te vero de specie Sophronici filiū individuū appellauit ex hypo-  
thesi, nō tñ simplr, et i cōitatibus quēdā equū et quādā asinam  
idividua minimē appellauit, sed eis vsus est vice idividuorum.  
Perinde, atq; totū quadri partito dicit ac toti⁹ est vniuersas  
suas partes cōtinere: ita cōtinere vocabulū ambiguū est, id est,  
10. Nota. equiuocum. itaque homo continet, tanquam totum constitu-  
tum, animal, velut partem sui constituentem: & vicissim cō-  
tinetur ab animali, tanquā pars minus vniuersalis à toto vni-  
uersali. Vt igitur idē eiusdem comparatione totum est & pars  
diuersis tamen rationibus: ita facile fit, vt idem contineat ab-  
terum, & vicissim contineatur ab altero diuersas ob causas.  
Reliquum est, vt argumentorum iniuriam repellamus.*

*Ad pri-  
mum*  
*Ad primū respōdeo, post genus de specie Porphyriū differ-  
uisse ante differētiæ tractationē ordine doctrinæ, non autē na-  
turæ cū vero subiungis, ars logica maxime debet imitari natu-  
rā, cōcedo quidē pro sua virili, & ingenij humani facultate,  
nec nō pro discētiū captu. Nūc vero id postulat iuuētutis desi-  
deriū & utilitas, vt post genus statim subnectatur species. tū  
quia vtriusq; cognitio altero indiget, tumetiam, quia vix pos-  
sumus intelligere quid sit differētia diuisua & constitutiua,  
nisi prius admonitissimus, quid sit genus, quidq; sit species.*

*Ad secundū dico, id interesse inter Aristotele et Platone, qđ*

Plato

*Plato eas existimauerit esse reuera formas & ideas: sed Ari-  
stoteles metaphorice. i. translatitię, hominem, equum, & simi-  
ilia, species & formas appellat.*

*Apud græcos, concretū vt hic, usurpari solet pro abstracto Ad. 3.  
itaq; latine scribi nō debet cādū, sed cādor. Euenit autē hoc  
apud latinos solū in quantitatis coordinatione, vbi quantū et  
quantitas eidem tribuuntur. appellamus enim lineam, superfi-  
ciem, & corpus, tum quanta, tum quantitates.*

*Species, et generis, et individuorū relatiū est, diuersis quidem Ad. 4.  
rationib⁹. Nā quaten⁹ generis species est, solū refert ad genus.  
At vero, quatenus vnu ex quinq; pdicabilibus est, nō est quod  
cōparet ad genus. Atq; ita finit a Porphyrio neglecto genere.*

*Logicus pceptiū descendens diuidēdo nunquā attingit in- Ad. 5.  
dividua, sed gradū sifit i infimis speciebus. at vero logicus ad-  
hibēs pcepta vni curā habet individuorū. Circa quā potissi-  
mū versat ei⁹ actio. Vt em pcepta circa vniuersalia, ita pcepto-  
rū vsus et exercitatio magna parte circa individua negotiat.*

*Corpus vt est pars aīal⁹ reducit ad pdicamētū substatiæ: vt Ad. 6.  
vero idem est, quod trina dimensio. i. longitudo, latitudo, et al-  
titudo, quantitas mera est. Hic vero sumitur hac sola signifi-  
catione, quaidem est, quod substantia corporeæ.*

*Cōcedo planè, corpus aīatū, voce et significatiōe cōplexū es- Ad. 7.  
se, sed quia ἡρός græcē vocabulū erat genuinū quo vtēdū suis  
set Porphyrio et apud græcos increbuit cōsuetudo. Vt pro codē  
vteretur atq; nos utimur hoc noīe aīal: ad protinus tolledā am-  
biguitatem maluit vt nota finitione, quā ambiguo diffinito.*

*Hac parte Porphyri⁹ haud dubiè nostro Christianismo ad- Ad. 8.  
uersatur infelix. Sed quia res est apud Christianos nota, tri-  
taq; deū ipsū nō esse substatiā corporeā, aīatā, sensitiuā, rōnālē  
ac proinde rationale animal esse minimē, nihil periculi nobis  
Christianis imminere ab errore tam vulgari tam absurdo,*

d 4 tanquā



tanquam à fidei nostræ incunabulis alienum videbatur. Ceterum ex vniuersa eius introductionis lectione cum nihil, ex quo nō amplam utilitatem expectaremus, inueniretur, istius modi error fuit missatus.

*Ad. 9.* Sic oppugnas, homo ita propemodum se gerit ad Socratem quantum ad translationis vim attinet, atque animal ad hominem: sed animal genus est hominis, ergo Socratis genus est homo. Nego quidem istam consequetiam. Quod ut planius intelligas, lege septimam notam.

*Ad. 10.* Dico, supra substantiam nullam esse primam intentionem sed esse secundas intentiones non est incommode.

*Ad. 11.* Dico, genera subalterna bifaria intelligi vel, quod ita sint subalterna, quod alternis vicibus nunc sint species, nunc genera quomodo in praesenti capite debemus interpretari. altero modo ut subalterna intelligas, que ita se habent adinicem ut unum subjiciatur alteri. atque ita intellexit Aristoteles, Substantia igitur & corpus primo modo minimè, secundo vero modo sane sunt subalterna.

*Ad. 12.* Conceditur maior. Ad minorem vero, distingo quod accidens sit genus ad quantitatem. Vel quatenus prima. Vel quatenus est secunda intentio. Quatenus prima, minus est superius. Quatenus vero secunda intentio, non est incommode, ut iam expositum est, quod supra nouem genera alioqui generalissima sit adhuc accidentis.

*Ad. 13.* Etsi homo videatur faciem generis induere, ac proinde Socratis & Platonis genus videatur esse tamen vsus dialecticorum non probat. In ijs vero quæ expectat ad significationem vocabulorum semper est usui ratio postponenda.

*Ad. 14.* Species diuersa profecto ratione si maiis habitudine comparatur ad genus & ad individua. Sed quatum ad præsens institutum

stitutum attinet eandem habet (inquit Porphyrius) habitudinem ad eum, inquam, finem, quem hic intendimus, id est, ex qua accipiat nomen vnius harum quinque vocum. Nam utrūq; relatione nuncupatur species.

Species, inquit, finita esse, individua vero infinita, utrūq; *Ad. 15.* intelligens alterius comparatione. Quasi dixisset (quod alijs verbis explicauit Cicero ad ipsum alludens) individua esse infinitiora si cum speciebus conferantur. Contra species magna parte pro individuorum innumera ratione perpaucæ sunt. Nam ferè singulis speciebus propemodum infinita correspondent individua.

Socrates quidem et Plato logico preceptuo nec dividua nec *Ad. 16.* individua sunt. Cum enim logica preceptua doctrina sit, nul lam gerit curam sigillatim individuorum nisi quatenus vniuersali precepto comprehenduntur. Logico vero precepta iam usui adhibeti, (quem vulgus logicum utentem appellat) Socrates, Plato, Cicero individua sunt: homo equus, elephas dividua, quippe quæ in singula suorum individuorum subdividuntur. Porro species specialissimas Aristoteles & topæ græcæ, individua latinè nominat. Quia nimis logico preceptuo individua sunt. Ut Porphyrius ex sententia Platonis planum hoc in capite facit.

Dico, communem hominem, quem postulas non esse quidem *Ad. 17.* particularem, ut non est, sed communem et vniuersalem, qui unus & idem sit specie in omnibus hominibus. Cum vero scitarris, an citra operationem intellectus sit ille ipse homo communis, an secus, an solùm intellectus beneficio? id ego (contra multorum sententiam) distingo vel vniuersalem & communem appellas prima intentione (ut cum vulgo scholæ loquar) Vel secunda intentione. Si prima, res est communis &

d 5 vniuer

vniuersalis homo subsistens reuera in vniuersis et singulis hominibus citra omnem intellectus functionē. id quod Aristoteles aperte perspicueque quinto capite peri herminias nos edocuit sub his verbis. Rerum, inquit, quædam sunt vniuersales, quædam particulares. Subiungitque, ut homo quidem vniuersale est. Quo in loco dictionem hanc vniuersale, primam Aristoteles intentionem facit. Et si crebrius in scholiis nos faciamus (et recte quidem) secundam intentionem. Nec dubito nō paucos esse in aduersa sententia. Sed mea parum interest, dum studens iuuentutis utilitati ubi res postulet in manu habeam hoc multis testimonijs et rationibus persuadere. At qui si dictio, vniuersale, secundam facias intentionem, homo ille communis non est appellandus vniuersalis, nec esse potest vniuersalis, nisi beneficio intellectus. Sed hac de refusis et uberrimus constituimus differere in questionibus vniuersalium, quas editur sumus in lucem quasque de industria, ne limites huius introductionis egredieremur, hic prætermisimus. Porphyry maturum consilium imitati, qui quidem in præfatione sua præmonuit difficiles questiones huiusmodi se in præsentiarum non solum abhorrere, verum etiam vel simplices mediocriter retractaturum, quando id introductionis et rudis huius instructionis institutum summopere flagitabat.

Ad. 18.

Porphyrius in tradendo illo precepto solum cōparat ea, quæ sibi in uicem æqua sunt, vel quorum unum est altero superius; in quibus solis agens quod ait perinde est, ac si dixisset sub alijs verbis, decet superiora de inferioribus, expedit et æqua de æquis apta prædicatione dicere, sed inferiora de superioribus minime. Ista igitur, homo est musicus, sapiens est honore afficiendus, aptæ quidem sunt prædications. Sed non habent locum hic ob dictam rationem.

De homine

De homine quicquid dicitur vniuersim, dicitur etiā de Socrate, dummodo eadem significatione, pro eodemque accipiatur utroque, et cum alterum de ipso dicitur, et cum ipse de Socrate. At vero te pronunciantem, homo est species, hominem facis secundam intentionem: cum vero ait, Socratem esse hominem, facis hominem primam intentionem.

Homo species, prædicatur de individuo à logico vulgo dicto Ad. 20. utente, vel artis præcepta exerceente, non intra limites logices præceptuum, nisi forte gratia exempli fiat aliqua hmodi prædicationis in qua gratia formæ ponatur quod uis occurrentis individuum.

Socrates est individuum: concedo: subiungis. At qui de nulo dicitur: apta prædicatione concedo.

Sophrenici filius simpliciter non est individuum, sed secundum quid, hoc est cum addito, nempe individuum ex hypothesi.

Individui finitio ita venit intelligenda. individuum, inquam est, cuius proprietatum collectio nunquam in alio numero ab uno individuo præmonstrato eadem erit. Iam hominis proprietates vniuersas simul in unū collectæ uno indicato semel individuo in plurimis etiā numero alijs ab illo reperient.

Iamdudum proxima solutione satis factum est.

Genus continet speciem, tanquam totum vniuersale partē sub ambitu sue significationis contentam: at qui species continet vice versa, tanquam totum constitutum genus ipsum, ut partem sui constituentem.

Species totū est: quasi diceret, non comparatione unius solius, sed magna parte cōparatione multorum individuorum, in quibus est tanquam totum in vniuersis suis partibus.

Totum et pars opposita quidē sunt ratione: quo fit ut nullus incommodum sequatur, quod idem eidem collatum totum sit et pars diuersis rationibus.

Non sicut



*Nō fuit quidē Porphyrius vastus, si quidem eadem vt clād. 28. riū doceret multis modis explicando, & illustrādo ocyus stū diosus vtilitatis nostræ appellandus est, quā nimius et vastus.*

## S C H O L I A I N CAPVT QVARTVM



*IS SERVIT hactenus de genere & specie, quæ prædicantur in quæstione, qua quærimus quid sit. Nunc se cōuertit ad reliquas tres voces quæ prædicantur in quæstione, qua quærimus quale aliquid sit.*

Differentia verò communiter proprie.

*Horum verborum duplex est interpretatio. Prima quidē sub hoc sensu, differentia triplex est, communis qua vnum differt ab altero accidenti separabile. Propria, qua vnum differt ab alio accidenti inseparabile. Magis propria, qua vnum specie differt ab altero. quæ quidē interpretatio minus mihi quadrat nam videtur planè ita distinguere differentiam communem à propria, vt nulla differentia propria sit differentia communis, quod falsum esse ex litera Porphyrii facillimè eliciemus. Altera est interpretatio nobis magis arridēs, nomen, inquam, differentia, tripliciter vsu venit, communiter, proprie, magis proprie: veluti si dixisset: latissimè, strictè ac strictissimè. Latissime quidē: quo pacto quiduis sit, quo vnum differt ab altero, velà se ipso, sine essentialiter, sine accidentaliter quolibet modo differat, appellamus differentiam communiter, id est, communis*

*muni, promiscua, & amplissima vocabuli significacione. Deinde strictè: quomodo accidens inseparabile solum, est differētia proprie, strictissimè vero facit differre essentia, non accidenți. Exemplum, currat equus, quiescat homo, cursu differt equus ab homine communiter. Ceterum hoc nomine quod sit hinnibilis differt propriè. Denique magis propriè: hoc titulo quod sit constans anima sensitiva, eaque rationis expertise.*

¶ Alteritate quadam differt.

*ETEΓΩΤΗΣ Græcè, diuersitas Latine cum Cicerone idem sunt. Boëtius alteritatem hic nominat, similiterq; vtitur hac phrasē facere alteratum. Explanemus hoc, facere alteratū apud Boëtium idem sonat, atque facere rem aliter se habere. Alteritasque apud eundem idem esse percipitur, atque modus ille, quo res aliter se gerere dicitur. ita fit vt verum sit, quod paulo pōst est docturus, omnem, inquam, differentiam facere alteratum. Quia omnis differentia subiecto adueniens facit illud aliter se gerere quam prius. Atqui esse genuinum Porphyrij sensum hunc, si singula quæque verba literæ Porphyrij expēdas illati bi hoc ob oculos ponent.*

¶ Accidente inseparabili.

*Vocabulum, accidens, apud Porphyrium & Aristotelem duobus modis venit in usum, vt latissimè patet, quomodo nouem complectitur categorias dictas accidentium: & vt in præsenti negotio quinque vocum, de quibus nūc est nostrum institutum duas postremas, proprium, inquam, et accidēs strictè dictum continet. Quo pacto in præsenti loco usurpatur à Porphyrio, sub nomine accidentium inseparabilium complectente hic propria et accidentia strictius dicta inseparabilia. Altero modo vocabulum accidens strictius sumetur capite de accidente, ubi iam distinguetur à proprio. Ex his colliges, non esse*

esse rationi consentaneum hoc loco propriū non appellare differentiam proprium, (quod aliqui fuerunt persuasi) Nā quæso cum proprium differentia sit nō magis propria, vt patet, et vt isti aiunt, non propria? reliquum est igitur, vt cicatrix, & candor in nine propriae sint differentiae, propriam verò minus propriè, quām illæ, facit differre maxime cū propriū profluat à fontibus essentiæ rei: illæ vero omnino sint extra essentiæ rei.

¶ Cæcitas oculorum.

Hic cæcitas legendum est, oculos appellamus cæsios à cedendo dictos qui signum sunt in physionomicis hominis ad cedem inferendam propensi.

¶ Quando specifica differentia differt.

Differentia specifica magis propria, essentialis, constitutiva, diuisiva, per se, faciens aliud, idem sonant. Dicitur autem speciem faciens non reuera, sed metaphorice. & sic est intelligendum quod, inquam, quantum ad munus intelligendi (quod est rationis munus pertinens ad artificem logicum id est rationalem) differentia semel intellecta & addita generi exacte perspective facit logicum perfectè venire ad mente concipiendam & comprehendendam speciem.

¶ Rationali qualitate.

Qualitas fusissimè capitur hic, vt idem significet atq; id, quod reddimus i quæstiōe, qua quæritur aliqua de re quale quid sit. qua significatione differentiae propriae & accidentia iam capite de genere Porphyrius submonuit in quale quid prædicari. Accipiemus vero longè secus vocabulum hoc in categoria qualitatis, vbi arctissimè habemus sola accidentia quæ ponenda sunt in illo prædicamento.

¶ Vniuersaliter ergo omnis differentia alteratū facit cuilibet adueniens.

Colligo

Colligo ex his verbis à coniugatis, si omnis, inquam differentia facit alteratū, omnis ergo differentia facit alteritate quādam differre, omnis igitur propria & magis propria communiter est appellanda differentia. Quod non paucorum aures in schola responvere solent. Est autem facere alteratū, facere id cui ad uenit, aliter se gerere. facere aliud est non solum facere vt res aliter se gerat, verum etiā vt quātū ad essentiam aliud sit. exempli gratia. Color accedens lapidi facit lapide aliter affectū quām prius, non tamen aliud esse lapidem. At vero forma substantialis, hominis, dico anima rationalis adueniens fœti, & facit materiam illam aliter affici, & præter id protinus aliud facit. Nam prius percontanti quid esset illud? respondebam fœtus. nunc autem interrogatus quid sit homo, respondebo, non fœtus. rationalis igitur anima utrumque sanè alteratum, inquam, & aliud facit.

¶ Alterationes solūm consistūt vt & aliquo modo se habendi permutationes.

Vide quo pacto ipse met se ipsum explicans exponat quid intellexerit per alteritates, quas nunc alterationes, & clarius aliquo modo ita vel ita se gerendi diuersitates & permutationes appellat.

¶ Nam rationale per se inest homini, & mortale & disciplinæ esse præceptibile.

Phrasis ista, per se, in præsentiarum idem protinus sonat, atq; per suam essentiam. Sed Aristoteles aliter usurpauit quarto capite primi libri posterioris resolutionis. Quod non est presentis instituti explicare. Plus enim adferret iuuentuti obscuritatis, quām utilitatis. Est autem aduertendum circa ista tria exempla: quod rationale trifariam usurpat in schola logiorū. Vel vt sua significatione designat animalia rationale.

vel vt

Vel ut potestatem ratiocinandi ingenitam à natura. Vel ut ratiocinandi dexteritatem, quæ logicum, id est, rationalē, nostrū artificem nominamus. Prima significacione, differentia est essentialis: altera, propriū quarto modo: postrema, stricte dictū est accidens. Mortale non video quo pacto sit essentialis differentia nisi ea, ut sequenti, utatur Porphyrius, ob vocabulorū penuriam vice differentiae essentialis. Nam ratio, quæ me mouet, in promptu est. differentia, ut inquit, Porphyrius hoc ipso in capite, generi addita perficit speciem. Sed his, verbis indicās animata sensibilis congregatæ ad substantiam animal perfece runt, animata verò & insensibilis perfecerunt plantam. Essentialis igitur differentia perfectionem debet significare. Sed mortale meram designat imperfectionem si quidem perfectio nem accipit potestas ab actione siue ab actu, ut actus ab obiecto obtinet. Potestati verò mortalis actio correspondens est, ut ait Aristoteles tertio ethicorum, terribilium omnium maxime terribile, mors. non igitur verosimile est quod mortale sit essentialis differentia. At verò susceptiuū disciplinæ bifariam possumus interpretari. Vel ut animam designat suapte natura destinatam ad capescendas disciplinas, quomodo essentialis est differentia. Vel ut meram dicit aptitudinē ad ediscendas disciplinas: & hoc modo non video cur magis differentia sit susceptiuum disciplinæ quā aptū ad nauigandū. Quod in calce huius capituli Porphyrius negat esse differentiam, cum ad nauigandum non minus, quā ad capescendas disciplinas anima sit opus rationis compote.

¶ Illæ verò quæ per accidens.

Locus hic ita explicandus, differentiae, inquam, per se nūn im admittit usum istorum aduerbiorum magis et minus. & verò per accidens sunt differentiae etiam & si inseparabiles

biles sint, interdum tamen horum usum admittant. Quem locum minus aduertentes non nulli animum induxerunt, propria quartomodo non esse differentias inseparabiles per accidens. Quod falsum esse superius admonuimus.

¶ Differentia est, qua abundat species à genere. Species actu in sua essentia plures includit differentias constitutivas, quam genus. Est enim in essentia animalis positū quod sit corporeum, animatum, & sensituum: sed in hominis essentia includitur necessario quod sit corporeus, animatus, sensitius, & præter hæc adhuc quod sit rationalis. numero igitur differentiarum, quas actu contineant species superat. Ex aduersum verò genus plures potest ite differentias amplectitur, quam species. Nam homo ita est rationalis ut nō possit esse irrationalis, aīal verò tum rationale esse potest, tū irrationale.

¶ Differentia est, quæ de pluribus & differentiis specie, in eo quod quale quid prædicatur. Diffinitio hæc à Porphyrio non tenet verum, nisi in differentijs, quæ nominibus suis, quibus exprimantur, prædictæ sunt. Quæq; iuxta sententiam Porphyrii, omnes ad unam usq; duarum vel plurium specierum constitutiæ sunt. Si vero in ea sententia verseris. ut simpliciter de universis hoc dictum differentiis existimes, siue nominatis siue non, lege Porphyrium in communitatibus discriminem assignantem inter differentiā & speciem sub his verbis, differentia (inquit) in pluribus saepe speciebus considerabitur. Quod autē hac indiffinitione adidit quale quid idem esse quod quale substantiale capite de genere præmonuimus.

¶ Quid enim est homo nobis interrogatis.

Obserua hic formam interrogandi et respondendi: ex qua elicias nos nonnūquām interrogare per hoc interrogatiū quale e quid

quid, cum postulamus differentiam esse etiale, sed prius nos per contari quid res sit, mox quale illud quid sit, ut facile videas hoc exemplo apud Porphyrium atque ideo rationale praedicatur in quale quid, quia per ipsum reddimus responsum interrogati quale animal homo sit. Est autem quale animal, quale quid si quidem animal est quid, gratia consulendi ruditati ita loquar, homines vero, quibus ita à natura comparatum est, ut quid dicant, & quomodo dicant, & quomodo exprimant, ne flocci quidem pendant, dum tantisper non int apud se, quid sentiant. in reliquis vero nihil minus quam sensum obseruant: maximè scrupulosissimeq; venantes aliorum dicta, quæ vel minimum, saltem ad speciem cauillo subiecta sint. deridebūt scio istius vocabuli vim apud Porphyrium, nimis curioso, ut dicent, studio verbi, obseruatam. Sed mea parum interst, quod hoc nomine vacans veritatis studio, & iuuentuti utilitati, sincerius & integrius reprehendar ab hominibus ut rationis & eruditionis, ita etiam omnis humanitatis & urbani tatis expertibus.

¶ Rebus enim in materia & forma constantibus.

Materies est, ex qua aliquid componitur. forma est, cuius aductures accipit esse, suamque consequitur perfectionem essentiam ut annuli materies, si sit argenteus, est argentum, si aureus aurum, ex quo nimirum confectus est annulus. Forma est ea figura circumrotunda, circum & polita, quæ ab artifice auro vel argento adhibita præbuit esse annuli. Iam genus, quia primum est instar materiei, quod accessit ad constitutam speciem, & in quo species erat potestate, non aet, nimirum ob id materies analogè nuncupatur, pariter & differentia forma. quippe cum postremo eius accessus species absolu-

tum

lutum & perfectum esse consequatur. Iure igitur à Porphyrio dictum est, ex genere & differentia constitui speciem rei naturalis & artificialis proportione.

¶ Et homo communis & specialis.

Obserua, quod vocabulum, communis & specialis, hoc in loco prima intentione sumatur. ne mireris, quod superius uniuersale docuerim nonnunquam accipi ea significatione ut sit prima intentio.

¶ Differentia est, qua differunt à se singula.

Singula, hic, singulas species interpretare. Sunt enim species infimæ logico præceptuo individuæ, ut iam à nobis demonstratum est.

¶ Rationales quoque sumus, & nos, & dij.

Deos Boëtius interpretatur, quos Græcè Porphyrius angelos nominat ut verbum græcum latine quod possumus exprimamus. Esse autem Deum, siue planetam, siue angelum, animal rationale, plane absurdum, nemo est nisi sit expers Christianismi qui hoc ignoret. Sed ambiges forte an reuera nobis Christianis appellandi sint angeli rationales? Dico quidem rationale id appellandum quod suapte natura rationis ope à notioribus & aprioribus ad obscuriora percipienda manu dicitur. Quod quia minus conuenit angelo, rationale nomen eius intelligendi præclarissimæ dignitati minime videtur adaptandum.

¶ Nec eius pars.

Differentiam quidem substantialem speciei partem esse operat, non quidem integrantem, nec essentialem, nec minus uniuersalem in scholis dictam, sed partem nimirum logicè constituentem,

¶ Erunt igitur specificæ differentiæ quæcunque e 2 alteram

alteram faciunt speciem.

*Alteram, inquit, speciem: id est, diuersam speciem, nullam rationem habens illius (vt Boëtius interpretatur) alteritatis & alterati de quibus prius.*

*Q V AE S T I O.*

*¶ Docuit ne Porphyrius, quæ pertinent ad differentiam ita ut decet?*

1. Argu. *Nam in primis, pugnat in ipsum, quod fecerit diuisionem differentiae in communem, propriam, & magis propriam omnis autem propria & magis propria differentia sit communis.*

2. Argu. *Rursus, propriè differre (inquit) est vnum ab altero discrepare accidente inseparabili: sed proprium non est accidens inseparabile: quippe cum non sit accidens: igitur non facit propriè differre. Quod videtur falsum.*

3. Argu. *Socrates deinceps differt ab aliquo equo specie: quia Socratis species est homo: alterius vero species non est homo, sed equus: homo igitur differentia est, ob quam eius individuum ab equi individuo discriminatur. At homo nec communiter, nec propriè, nec magis propriè, videtur esse differentia. igitur illa divisione minus est consentanea.*

4. Argu. *Monet etiam, propriissimè differre alterum ab altero dici, quando distantia specifica vnum ab altero differt: At qui substantia & quantitas non solum ab inicem numero, et specie, verum etiam genere differunt, quæ tamen differentia specifica minimè discriminatur, si quidem genera suprema sunt: igitur istud est obnoxium cauillo.*

5. Argu. *Ad hæc, omnem differentiam (inquit) facere alteratum: Socrates differt à quois colore, quod Socrates sit substantia, qui nis color secus: substantia igitur, cuius causa differt Socrates à*

*quouis*

*quouis colore differentia quidem est tamen non facit alteratum quandoquidem nullum habeat subiectum, cui adueniens faciat illud aliter se habere. à vero igitur aberrat ista doctrina.*

*Subiungit rursum differentijs aliud facientibus generum distributiones i species fieri et finitiōes cōstitui: sed genus animal distribui potest et secerni in suas species per propria ut patet. ergo non solum per differentias aliud faciētes. Adde quod substantia genus cum sit supremum suam obtinet essentiam, et substantiale finitionem, hāc nimirum, substantia, inquit, est, quæ perse subsistit: tamen differentiam non habet, à qua tanquam species diffiniatur, & constituatur. hæc igitur doctrina minimè constat.*

*Idē oppugnat qd': hæc anima rationalis, materiæ adueniens differentia est faciens aliud: At vero nullam addita generi cōstituit speciem.*

*Inquit insuper, differentiam esse per se rationale, mortale, & susceptiuū disciplinæ, prædicari, ob idq; sine aduerbijs magis et minus. Atqui vñus homo magis est logicus quam alter: ergo magis est rationalis altero: pariter vñus nostrum magis est mortalis, quam Christus, si quidem Christus solum secundū humanitatem mortalis est. nos autem omnino & simpliciter sumus mortales. Nec absimiliter vñus homo multo magis aptus ad capescendas disciplinas, quam alter. Denique Deus hominem condere potest immortalem: non igitur mortale differentia hominis est essentialis.*

*Illud etiam occurrit, quod immortale, incorporeum, insensituum, inanimatum, priuationes sint. ergo nihil minus, quam substantiales differentiae.*

*Deinceps, differentia corporeum, conuenit homini per corpus. ergo non per se: & animatum eidem competit ratione vi-*



uentis: Similiterque sensituum ratione animalis. Non igitur homini conueniunt per se. Reliquum est igitur ut per accidens homini sint tribuenda.

12. Arg. Diffinitionem assignat differentiae, quae prædicatur de multis differentibus specie in quale quid. Hæc diffinitio non semper conuenit diffinito. Ergo non est digna nomine diffinitionis. Consequutio constat: antecedens ostenditur. ipse met Porphyrius in communitatibus ostendens discrimen inter differentiam & speciem, inquit, differentiam sèpè prædicari de multis speciebus. Subindicat igitur, quod nō semper. Confirmatur candidum dicitur de viue, homine, equo, differentibus specie in questione qua querimus quale quid sit unumquodq;. Sed non est differentia. Ergo diffinitio illa non recurrerit cum diffinito. minor & consequutio liquent. Maior ostenditur eiusdem testimonio capite de genere decentis differentias & accidentia prædicari in quale quid.

13. Arg. Differentiam, docet Aristoteles, septimo Topicorum capite tertio dici in eo quod quid sit: falsū igitur est, quod hic ait Porphyrius, differentia dici in questione, qua querimus quale sit.

14. Arg. Animal præter hæc totum est actu: ergo actu est in vniuersis suis partibus: eas igitur partes in se tanquam totum continet actu. Species igitur ac differentia actu continetur à genere: falsum est igitur, quod submonet, plures esse differentias actu in genere quam in specie.

15. Arg. Aptū natum nauigare, docet, non esse differentiam, sed propriū. Par est iudicium de apto ad capescendam disciplinā: sed hoc cōcessit hoc ipso in capite differentiam esse essentialē: igit̄ aptum nauigare differentia est essentialis.

16. Arg. Repellit argumenta ista Porphyrius singularis autoritatis totius scholæ dialecticorum sententia corroborata.

Pro

Pro huius questionis dilutione ante omnia recolenda sunt ea, quæ in scholijs admonuimus.

1. Nota.

Porro illud etiam est adnotandum, prima illa descriptio, qua discernit differentiam magis propriam à communi & propria, nō sit quidem diuisio, sed tāquā distinctio significationū ambiguitatis, dico, & quinocationis huius vocabuli differētia.

2. Nota.

Est autem animaduertendum, non appellari propriissimè differentias, ob id quod faciant maximè differre, quandoquidem omnes essentiales ex aequo sunt nuncupatae magis propriè differentiae, alteræ tamen alteris maiori distantia faciunt differre. Quo enim superiores sunt, eo magis res adiuicem faciunt discriminari.

3. Nota.

Nec illud nos fugiat, aptè & ad stylum dicendi accommodatè differentiam non appellandam quamvis rem, qua unum ab altero differt. Sed statutis & prefixis animo rerum generibus, & speciebus & individuis, quæ decem illis classibus continentur quiduis præter ea sit, quoquidem adiuicem discrepare percipiuntur differentiam solemus appellare, itaq; hoc sensu Porphyrii doctrina excipienda est.

4. Nota.

Hæc autē phrasis (per se) duplice habet significationē velut ut aduerset ei, quod, per accidentes dicit: vel ut cōuenit ei, quod effertur, per aliud. Prima quidē significatione per se idē sonat quod per suam essentiam quo pacto genera, species, ac differentiae, omnes, & sole per se hoc est, essentialiter, de suis subiectis dici habent. Contra vero propria & accidentia per accidentes de suis subiectis prædicantur. Altera vero significatione per se dicit cōuenire, quod sibi ratione sui conuenit, non autem alterius siue superioris, siue inferioris causa. Quo intellectus dicimus, homini per accidens, hoc est, per aliud, siue ratione alterius, nempe ratione animalis competere quod sit sensitius.

e 4 Simi



Similiter per accidens, id est per aliud, nempe, per viuens, conuenire, quod sit animatum. Ceterum quod sit risibilis, et aptus ad administrationem rei publicae, non per accidens, hoc est, non per aliud, sed per se, id est, ratione sui ipsius ei quadrare dicimus. Est autem utraque dicendi formula frequens apud Aristotelem: prima vero significatione utitur hic Porphyrius. Altera ex professio declaraturus est Aristoteles quarto capite post.

## 6. Nota.

Quando vero inquit Porphyrius, differentiam praedicari de multis specie differetibus, in quale quid, interpretari debemus de his quod nomina, quibus efferuntur, sortita sunt. illae vero oes iuxta eius sententiam de multis specie differentibus praedican-  
tur: & si ratio male (in quo falsus fuit Porphyrius) reuera se-  
cus habeat: vocabulum autem, quale quid, non est, quod expo-  
natur idem significare, atque quale substantiale. Nec etiam est  
quod hic fuisse explicemus, quod Aristoteles secundo capite  
septimi Topicorum docuit, sola, inquam, genera et differentias  
praedicari in eo, quod quid est. Sed summarim, ut praesens po-  
stulat institutum, intelligendum est, Aristotelem illic ostendere finitionem partes esse genus & differentiam. Atque  
ita dixit, in eo quod quid est, solum genus et differentiam pre-  
dicari, per quid est, intelligens id, quod exprimitur per fini-  
tionem essentiali, dico rei quiditatem, naturam, & essen-  
tiam. itaque ut uno verbo rem ipsam expediam, eo in loco, in  
eo quod quid est praedicari, est in rei essentia, si maius essentia-  
liter dici.

7. Nota. Totum cum sit animal, & species, ac differentiae sint quasi  
eius partes, totum autem & partes simul natura sunt, necessa-  
rio fit, ut animal quatenus est actu totum, actu, simul, sub am-  
bitu significationis, uniuersas complectatur partes. Sed animal,  
quatenus animal consideratum, non autem quatenus totum,

prius

prius est natura suis speciebus ac differentijs: adeo ut in sua na-  
tura nullam earum actu continet, ut in eius finitione facile  
possimus intueri.

Reliquum est, ut ad depellenda importuna argumentorum te-  
la gradum faciamus.

Dico, primam illam non esse tam rei divisionem, quam vo-  
cabuli distinctionem. perinde ac si dixisset, vocabulū hoc dif-  
ferentia, interdum latissimè patet, interdum vero sumitur ar-  
etius, interdum etiam arctissimè. Quo fit, ut citra incommode-  
eiusdem rei, cui adaptatur vocabulū differentia, sumptum stri-  
etius, eidem possit latissimè sumptum accommodari.

Proprium accidens est inseparabile si latius capiatur acci- Ad. 2.  
dens. Qua significatione complectitur nouem rerum genera:  
quaque quinque praedicabiliū duo postrema continent. Si vero  
nomen accidens strictius dicatur, ut à Porphyrio capite de ac-  
cidente considerabitur, proprium non est accidens inseparabi-  
le. hic, vero latius patet. alioquin resibile non esset differentia  
propria, nec magis propria. atque ita minus propria esset diffe-  
rentia, quam candor sit in niue. Quod esset ridiculum.

Homo, quo Socrates differt ab aliquo equo, communiter est  
differentia. Sed aptè loquendo non debemus in aliqua catego-  
ria differentias appellare res eas, quæ recta linea ordinantur.  
Si quidem hoc nomen differentia nunquam fuit à latinis inue-  
tum, nisi ad significanda ipsa discrimina rerum: non autem ad  
eas ipsa res, quarum sunt discrimina designandas. His tamen  
vocabuli nos compellit ad appellandum hominem, & equum,  
differentias. Quarum causa, hic homo, et equus, specie differunt  
quo circa consequitio ista est in constans, homo & equus fa-  
ciunt hunc hominem, & hunc equum, essentialiter differre.  
Sunt igitur essentials differentiae. si quidem, ut liquet hic an-

e 5 tecendens



cedens est verum consequente falso. Nec minus colligendum est, duas dari differentias posse: quarum una magis facit differre, quam altera. quae tamen est minus propria differentia. Exempli gratia: homo magis facit distare Socratem ab hoc equo, quam erecta statura. Sed homo communiter est differentia, non propriè nec magis propriè. At vero erecta statura differentia est hominis propria.

Ad. 4.

Concedo, substantiam & quantitatem adinicem essentia liter differre. Deinde concedo etiam nulla specifica differentia distare ab inicem, quia nimirum seipsis discriminantur. Nec enim logicè (quod aliqui dicunt metaphysice) substantia componitur ex potentia & actu, sed tanquam genus supremum, est prima potentia se ipsa simplicissima (quantum ad logicam constitutionem) discrepans à quantitate: non autem actu obtinens differentiam essentialem, cuius velut forma adminiculo ab altero genere discriminatur. Atque ita confirmatur quod proxima solutione docuimus ad inicem essentialiter differre sine essentiali id est specificè differentiae ministerio.

Ad. 5.

Dico, non esse usum receptum, quod substantiam appellemus differentiam. Quia (ut semel dixi) vocabulum istud differentia ad inicem est ad discernenda ea, quae sunt sub aliquo generali. Substantia vero quippiam generalissimum est. quo sit ut aptè loquendo non sit appellanda differentia. Quantum autem attinet ad vim vocabuli & ad eius Porphyrianam explicationem conuincet me, ad appellandum substantiam communiter differentiam. Sed id faciam ineptius: non inquam, sequitus vocabuli usum et institutum, ad quod iam pridem destinatum est.

Ad. 6.

Animal, concedo, quod in suas species secernatur per accidens adminiculis proprijs. Sed per solas differentias specificas perse

per se subdividitur in species.

Definitio differentiae, ut reliquorum praedicabilium, ad scholæ contentionem subarmando est et munienda, ita ut subintel ligamus generis vice praedicabile. Iā hæc anima rationalis praedicabile non est, minus igitur est essentialis differentia.

Si rationale, sonet animam rationalem, nego sane, quod unus altero sit magis rationalis. Si vero designet rationis dexteritatem: tunc accidens est recepitq; magis & minus. Non autem est essentialis differentia. Quod vero subiectis de mortali suscepituo disciplinae: dico propter penuriam vocabulorum usurpatas hos, tanquam essentiales differentias.

Similiter respondeo: propter inopiam vocabulorum Porphyrii esse boni consulendum, qd' utatur his priuatiis differentiis loco verarum.

Cum sic oppugnas: corporeum, sensituum, per accidens homini conueniunt, distinguo planè vel intelligis quod per accidens homini conueniant, id est, per aliud & ratione alterius, cui primum conueniat homini tribuatur, id quod cōcedo. Vel significas homini per accidens illa conuenire, hoc est per aliquid quod ei extrinsecus accedit. Atque ita nego: quin immo per se, i. per suam & naturam et essentiam obtinet homo quod sit corporeus animatus & sensitius: eaque omnia, quæ sui finitione continentur.

Definitionem hanc, animum induco, solum apud Porphyrium ad differentias nominibus praeditas esse referendam.

Concedo, differentiam praedicari in eo quod quid est, eo sensu, quo illic intellexit Aristoteles ubi quicquid in rei essentia et quidditate per diffinitionem explicitam de re aliqua dicitur in eo quod quid est praedicatur. At vero nego, differentiam ita in quid de altero dici, ut per ipsam satisfaciamus questioni fa

Eta

Et æ per quid. Quo sensu in præsenti vtimur loco.

*Ad. 13.* Animal, quatenus totum, simile est natura cum suis partibus, nimirum relatum earum est: quo fit quatenus totum actu continet vniuersas partes. At vero quatenus animal, prius est natura suis ipsius partibus, ut potè homine, et equo, & similibus. quo circa quatenus animal non actu continet in sua natura & essentia, sed potestate harum quamvis.

*Ad. 14.* Natum aptum ad nauigandum & ad capescendas disciplinas, si animam significet aptam ad utrumque horum: differentia est essentialis. Si vero formalis significatione ingenitam solam designet aptitudinem: proprium est, non autem differentia.

## S C H O L I A I N CAPVT Q V INT V M.

¶ Proprium vero quadrifariam diuidunt.



Ristoteles primo Topicorum & quinto tres facit significationes huius vocabuli proprium. Nempe, proprium aliquando, proprium ad aliquid, & proprium simpliciter. Porphyrius, vt videmus, quatuor facit. Itaq; simpliciter proprium apud Aristotelem, & apud Porphyrium proprium, quarto modo idem sibi volunt. Cæterum proprium aliquando Aristoteli & Porphyrio proprium tertio modo idem sonat. Iam propriū primo & secundo modo traditū à Porphyrio continetur ab Aristotele, sub eo quod appellat proprium ad aliquid. Tractat vero post genus, speciem, ac differentiam, quæ tria pertinent ad re; essentia;

essentiam, de proprio, priusquam de accidente, quia proprium, & si sit extra essentiam rei profluit tamen, atque emanat ab eisdem fontibus, quibus res nascitur suam essentiam. itaque ingenita illa ad ridendum potestas ab anima rationali et corpore ita proficiunt, ut corpus cause materie, anima cause efficientis forme ac finis rationem gerat.

¶ Quod soli alicui speciei accedit.

Duo verba sunt hic obseruanda primum quidē dictio (speciei) deinde vero dictio (accidit). Quantum ad primum attinet ad uertendum est, non solum speciei proprium attribui, verū etiā supremo generi, quod minime species est. Nam Aristoteles in categorys docturus est maxime proprium quantitatis esse, qd eius causa dicitur aliquid æquale vel inæquale & proprium qualitatis: quod eius ratione dicatur aliquid simile vel dissimile. Sed Porphyrius tritum usum dicendi sequutus, quo semper aut magna parte tribuamus proprium speciei, ut secernatur ab alijs speciebus, sub eadem generis communione contentis. Ilud vero quod vniuersim conuenit supremo generi magis mereatur nomen generalis, communis, atque promiscui, quam peculiaris et proprij, cōsulto nos monet, ut propriū (subintelligamus maxime) speciei collatum esse proprium. Nam si secus interdu eueniat, rarius tamen contingit. Doctrina vero, et sciecia omnis est eorum, quæ semper, vel, ut plurimum, vera sunt. Ut Aristoteles docet primo Posteriorū. Quod vero pertinet ad verbum, (accidit) attente perpendendū est. Nā istud verbū in quatuor propriū significationibus repetendum excludit planè differentias essentiales ac finitiones. quæ quidem & si omni, soli, & semper, conueniāt, non tamen accidunt. Disclusæ sunt iurit a quarta significatiōe beneficio huius dictiōis (accidit.) Quæ quidem latius patet, quam capite proxime sequeti vbi ad solum

solum accidens strictè dictum erit coarctanda.

¶ Quemadmodum hominem esse bipedem.

Bipedem esse, hic Porphyrius inquit, accidere homini. Sed Ari stoteles tertio capite prædicarentorum, & quarto peri hermitias, differentiam facit essentialē, & plurimis etiam in locis quæ in praesenti non occurunt. Est igitur tibi alterum horum afferendum, vel quod Aristoteles id faciat laborans penuria vocabulorum. Vel quod bipes apud Aristotelem sumatur quantum designat corpus ( alteram inquam partē animalis essentialē ) suapte natura destinatum siue natum ad habēdos duos pedes. Porrò si quis hominum sit expes, vel fortè fortuna monstrum aliquod enascatur, quod sit homo & multipes: id sanè præter naturam euenit. Porphyrius autem hic inquit, omnem hominem esse suapte natura bipedem.

¶ Et quod soli, & omni, & aliquando.

Proprium tertio modo ita debemus exprimere, quod omni, & soli, accidit & aliquando: id est, pro aliqua etate definita et determinata nā alioqui aptū ad nauigādū omni homini accidit, et soli, et aliquādo, si tu fueris interpretatus aliquando, id est, ( ut vulgo dici solet ) non pro omni tempore. Si quidem potestas nauigandi homini accidit, non pro infantia, quæ nouem non potest administrare, sed indefinitè pro alijs etatibus. tollitur igitur scrupulus hic adhibita à nobis iamdudum interpretatione.

¶ Canescere in senectute.

Canescere, simpliciter non est proprium tertio modo, sed cum hoc addito, in senectute.

¶ Et quod soli, omni, & semper.

Finitio hæc ita tibi est exponenda: proprium, inquam, est quod accidit speciei vniuersim: id est omni individuo contento sub specie

specie solis individuis eiusdem speciei, & semper non quidem, ( ut aduerbum præfert ) in omni tempore, ( tunc enim nihilo distaret à proprio tertio modo ) sed pro omni tempore, id quod vulgus præceptorum seculi antecedentis, conatu exprimendæ veritatis dicere solebat, semper, id est pro semper.

¶ Quoniam conuertuntur.

Quæ hic conuerti dicuntur ad inuicem, apud Ciceronem reciproca & retro commeantia nominantur hoc est, quæ ita se inuicem gerunt, ut ab unoque ad alterum subsistendi consequentia sit necessaria. Appello autem subsistendi consequitionem, qua colligo ex eo quod unus subsistit in rerum natura, alterū etiam subsistere, exemplum in textu à Porphyrio proponitur. Si equus inquit, est, hinnibile est, & exaduersum. Si hinnibile est, equus est.

### Q V A E S T I O.

¶ Differit ne Porphyrius de proprio verisimiliter.

Nam secus esse, illud in primis videtur ostendere quod pro prium dicat quadripartito diuidi: Aristoteles vero primo capite quinti Topicorum trifariam vsu venire docuerit.

Insuper: proprium quouis quatuor modorum, inquit, esse quod accidit. ergo quouis quatuor modorum dictum propriū est accidens, loco à coniugatis. Quatuor igitur, non autē quinque, sunt vniuersalia, nempe genus, differentia, species & accidens. Quippe cum proprium contineatur sub accidente.

Insuper, aliquid est proprium quantitatis vel qualitatis, quæ genera suprema sunt: ergo non omne proprium alicui speciei accidit. Quod Porphyrius ait.

Rationale, omni homini, soli homini, et semper conuenit homini: tamen non est proprium hominis: ergo alicui conuenit definitio



definitio, cui non definitum.

5. Arg. *Insuper: bipedem esse differentia est essentialis, vt autore est Aristoteles capite tertio prædicamentorum & quarto capite peripherminias: ergo non accidit homini, quod inquit Porphyri.*

6. Argu. *Rursus: canescere, vel actum designat, vel potestatem. Si primum: falsum est quod omni homini congruat. Si vero alterum, dico potestatem sonet. falsum est quod non semper homini conueniat. Quandoquidem in senectute canescendi facultas homini semper perpetuoque quadrat.*

7. Argu. *Aptum ad nauigandum, proprium appellatur à Porphyrio capite de differentia: pariterque aptum ad capescendas disciplinas, & aptum ad administrationē reipublicae, propria in scholis passim esse dicūtur: sed horum nullum semper, id est, pro omni tempore accidit: ergo Porphyrius finitionem hanc reliquit obnoxiam cauillo.*

8. Argu. *Rursum: Proprium, quatenus proprium, de una sola specie dicitur, cuius est proprium: non igitur quatenus proprium, vi deture esse prædicabile: cum in prædicabilis ratione positum sit ut suapte natura valeat prædicari de multis.*

9. Argu. *Omnis corpori, soli, & semper, accidit tria dimensio: atqui haec non est proprium quarto modo corporis, quandoquidem non profuit à principijs essentialib⁹ corporis: ergo finitio de aliquo dicitur, de quo minimè definitum.*

10. Arg. *Adde: omni accidenti, soli, & semper accidit esse in altero, tanquam in subiecto: sed non est proprium accidentis, quando non profuit à principijs essentialibus, quæ in accidente nulla sunt: igitur illa finitio minus videtur consentanea. Confirmatur si quidem omni prædicibili, soli, & semper conuenit dici de multis: & individuo dici de uno solo. Tamen nec prædicabile, nec individuum, species sunt. ut igitur aliquid sit propriū falso*

*falso dixit Porphyrius oportere quod accidat speciei.*

*Ad hæc: proprium nobis est notius essentiali differentia: si i i.. Arg. quidem illa à nostris sensibus remotius abstrusa est, quibus proprium est familiarius & opportunius: atqui doctrinæ ordo proficiuntur à notioribus nobis igitur ordine doctrinæ proprium differentiæ fuerat anteponendum.*

*His omnibus argumentis aduersatur Porphyrius autoritas, et communis scholæ sententia.*

*Pro præscriptorum argumentorum dilutione recensenda sunt quæ in scholijs huius capituli admonuimus. Cū vero vix aliquid amplius sit ad argumentorum dilutionem hoc loco mandandum: reliquum est, ut singulis argumentis dissoluēdis operam impendamus.*

*Responsum est in scholijs interpretatione prima.*

*Concedo, proprium accidens esse latius non strictius.*

*Dico nomen, proprium, magna parte propriissimo vocabuli usu tribuendum speciei. Quod vero interdum conueniat Ad. 2. supremo generi non impedire quo minus doctrina Porphyrii vera sit. Si quidem doctrina omnis, præsertim quæ rudioribus traditur, & si non perpetuo vera, saltem sufficit quo vero magna parte sit.* Ad. 3.

*Rationale, dictione, accidit, à proprij definitione excluditur.* Ad. 4.

*Si bipedem esse, nihil aliud sonet, præter aptitudinem ad habendos duos pedes: sane (vt hic inquit Porphyrius) homini accidit suapte natura. Si vero bipedem esse designet alterā essentię partem, dico corpus suapte natura destinatum ad habēdos duos pedes: tunc non accidit homini, sed essentialis est differētia. Ego vero persuasus sum bipedem esse reuera, vt nomen sonat, non esse differentiam essentialē, sed usum Aristotelem f eo esse* Ad. 5.

eo esse sub persona essentialis differentiae, propter penuriam nimirum vocabulorum.

ad. 6. arg. Fateor quod canescere non actum nunc ostendat, sed potestatem. præter id omni, & soli, non modo, verum etiam semper homini congruere, concedo, sed non pro omni ætate. Quin potius pro una definita ætate, id est, pro senecta.

ad. 7. arg. Dico, haec propria esse quidem quarto modo, consentireque suo subiecto semper, id est, ut in scholijs monuimus, pro omni ætate, vel pro magna ætatum parte.

ad. 8. arg. Assero, proprium, quatenus proprium, non solum de specie, cuius est proprium, sed etiam de eius individuis prædicari. Nam hinnibile, quatenus proprium, de omni equo prædicatur. Etenim ipsa ratione, qua proprium est equi, semper de solo, & omni equo prædicatur. id, quod Porphyrius capite de genere ita scriptum nobis reliquit. proprium, inquiens, de una sola specie prædicatur, cuius est proprium, & eiusdem individuis.

ad. 9. arg. Hoc argumentum faciat mihi negotium. Nec enim video quo pacto quantitas illa, trina, inquam dimensio possit ab ea substantia, qua alioqui corporea est, reuera facultate divina separari (quod reuera potest) simulq; quod profluat à principijs eius essentialibus. Lubens itaque cederem hac in re ingenio & iudicio grauiori, ne nostro pede metiri omnia præsumamus. Et enim ita nobis comparatum est natura, ut malimus ignavi videri, quam impudenter imponere iuuentuti. Præstataque nobis dicere vera, quam audacius alijs tradere falsa.

ad. 10. ar. Concessa maiore, puta quod omni, soli, & semper conueniat accidenti in subiecto non esse. Sed quod subiungis in accidente nullam esse essentiam, distinguo vel simpliciter, quod plane concedo: vel suo modo, quod falsum est. Nam & si simpli-

citer

citer color essentia non sit, est tamen essentia candoris. Atque suo modo, suo quoque in genere unumquodque accidens suum naturam & essentiam natum est.

Proprium prima intentione consideratum sane doctrinæ 11. Arg. ordine prius est, quia nobis notius. Hic vero consideratur sub ratione secunde intentionis, quare ratione postponendum fuit ordine doctrinæ reliquis antecedentibus.

Hic de industria prætermittimus questionem alteram tractari solitam hoc in loco, An, inquam, proprium (ut vulgo dicitur) realiter distinguitur à subiecto, tamquam difficilius, quam ut conueniat introductionis instituto. Neque enim video quo pacto ex media schola theologorū questio physica traducatur ad presentem introductionem, neque intelligo qua methodo possit ad rudē adhuc et crassum iuuentutis captū attenuari. Nisi forte faciat id aliquis victimus iniuria sui seculi, ut fecit frater Dominicus Sotus, vir apud nos clarissimus, quicquidem, ut indulgeret sui temporis multorum ineptæ persuasiōni, secus, quam optaret, in multis huiusmodi scripsit tantam barbariem propria sententia solus repente in peripateticam & methodicam doctrinam transmutare velle videtur. Qui hoc nomine non solum boni consulendus est, verum etiam multis encomijs extollendus, quod primus fuerit in Hispania qui tantam noeniorum ac tenebrarum infelicitatē fit feliciter interpretari conatus.

f 2 Scholia



# SCHOLIA IN

## CAPVT SEXTVM.

¶Accidens.



**A**CCIDENS, quasi accedens et extrinsecus aduenies appellat. Sumit autem vocabulum hoc interdu latius, interdu strictius, ut superius monuimus. Nunc vero strictius definitur, ut (inquam) distinguitur a proprio. Nam latius dictum, cum, noue complectitur accidentium categorias, tum etiam uniuersa propria sub se continet. postposuit autem accidentis reliquis quatuor vocibus ordine doctrinæ, atque naturæ sub ratione secundæ intentionis. Etenim accidentis prima intentione consideratum nobis notius est: ac proinde ordine doctrinæ reliquis est anteponendum.

¶Quod adest & abest præter subiecti corruptiōnem.

Hoc ita debemus interpretari, quod, inquam, accidentis strictè dictum, (quomodo quintum vocatur prædicabile) sit id quod adest, id est inhæret interdum, & abest, id est, interdum ablatum est, & aboletum est, præter interitum eius, in quo erat subiecti,

¶Separabile enim accidentis est dormire.

Dormire, magna parte separari potest a subiecto. Tamen in lethargo iam confirmato minimè potest separari.

¶Nigrum vero esse, inseparabiliter coruo, & Aethiopi accidit.

Coruo

Coruo quidem, quod ad plumass attinet, atrorem adhæcere, nobis in Asia, Africa, & Eurōpa, quantum lectione historiæ & cosmographiæ ab antiquis accepimus, compertum est. sed Hispani nostri tanquam rem exploratam docent in India nuper inuenta coruos esse suapte natura candidos. Aethiopis vero nomine non hominem in Aethiopia natum subintelligere debemus, sed hominem, ob illius regionis iniuriam, & solis feruentissimum aestum, aspectu qui sit adusto, & concremato.

¶Potest autem subintelligi & coruus albus Aethiops nitens candore.

Perinde est, atque si diceret, me concipere posse extra naturā & essentiam corui adeo extraneum et aduentitium esse atrox, ut etiam & si coruus atroris loco candorem subiret, nihilominus esset coruus. Nec dispar iudicium faciendum est de homine illo, qui appellatur Aethiops. Illud tamen est aduertendum, quod ab Aethiope sub ea ipsa ratione, qua nominatur Aethiops, non magis intellectu sequestrari queat atror, quam a candido candor possit separari. Quandoquidem si nominis vim spectemus, non minus est atror in essentia Aethiopis, qua Aethiops est, quam in essentia candidi, quatenus candidum nominatur, sit positum habere candorem. Potest igitur ab eo qui de homine, qui nominatur Aethiops intellectu separari atror non autem ab Aethiope, quatenus Aethiops est. Ex his colligito illi homini, qui Aethiops nūcupatur, atrox accidentis esse quod intendit explicare Porphyrius, attamen Aethiopi, quatenus Aethiops est, non accidere. Est etiam hoc loco ad notandum, quod omne accidentis huiusmodi intellectu separari potest a subiecto: atque ita sine subiecti iactura potest intellectu semoueri sed hoc interest inter accidentis separabile, ac inseparabile:

f 3 quod



quod in separabile reuera nequeant sciungi à suo subiecto: separabile vero ex intellectu, et reuera valeat separari. Si vero roges quid nam sit unum ab altera intellectu separari: respondeo sub his verbis: est, inquam, eius naturam perfectè capi, degustariq; neglecto altero. Possum enim corui naturam unde quaque animo complecti nullam atroris rationem habens nō modo, verum etiam atroris vim, et essentiam undequaq; per spicere, nulla corui protinus habita memoria.

**¶** Quod contingit eidem inesse, vel non inesse.  
Huius descriptionis intellectus hic esse debet: accidens, inquit, est uniuersale sine praedicabile, quod aptum est suapte natura subiecto inesse ex à subiecto abolere. Vbi (contingit) idem est quod alio nomine possibile dicitur. Itaque si (contingit) hoc in loco secus interpreteris cauillo locus fiet obnoxius. Est enim calor accidens ignis, tamen ignem altera significatione non contingit, sed necessum est esse calidum, ut solem impossibile est non esse splendidum, cœlumque non esse figura præditum sphaerica.

**¶** Semper autem est in subiecto subsistens.  
Accidens extra subiectum, id est extra substantiam subsistere naturaliter non potest. Nam eius subsistere est in subiecto ut pote in substantia consistere. Sed supra naturali facultate fit ut in Eucharistiæ sacramento quod sit accidens sine subiecto, Quantitas enim tunc subsistit ad fidei meritum augendum sine ullo subiecto. Sensus autem horum verborum, ut vindictetur à cauillo, non est istiusmodi, quod omne accidens semper subsistat in suo subiecto, si quidem dormire, aliquando subsistit in suo subiecto, aliquando vero nō. Itaque deducerentur duæ contradictiones simul vere, putat omne accidens semper est in subiecto subsistens, aliquid accidens non semper est in subie-

cto

cto subsistens. Sed sensus verborū Porphyrii ita est exprimēdus, ut accidēs suapte natura semper id sibi vindicet, ut si subsistat, in suo subiecto subsistat. Qui sensus remanet in columnis alioqui cauillo subiectus. nec huic sententiæ repugnat Aristoteles i secundo capite libri categoriarū, vbi ait adhunc modū, esse in subiecto est esse in altero, nō ut partē, et nō posse esse sine eo in quo est. nam Aristoteles illic negat, accidēs ita esse posse in rerū natura, ut reuera subsistat, et non subsistat in solito subiecto. Nec emper se cōstare potest, nec migrare de subiecto i subiectum valet. Potius igitur Aristoteles sententiam hanc Porphyrii corroborat, tantum abest ut eam cuverat. Esse autem descriptions basce accidentis dico, accidens est quod adest et abest præter subiecti interitum quod contingit inesse et nō esse. denique quod nec est genus, nec differentia, nec species, dilucidum est: nā definitio, quæ essentialis est: nec admittit in se disiunctionem oppositorum nec per aliorum abnegationē potest assignari, ut, sexto Topicorum Aristoteles ex professo docet.

**Q V A E S T I O.**

**¶** Rectè ne Porphyrius quid accidens esset nobis expressit?

Nam negotium ei facessunt maximè quæ sequuntur argumenta. principio quidem quod accidens sit nobis notiùs quam reliqua, de quibus prius dixerat. Fuerat igitur accidens doctrinæ ordine reliquis anteponendum.

Corruptio est accidens, sed non potest adesse et abesse subiecto. Argu. Et superflue, conuenit igitur alicui finitum, cui non quadrat assignata finitio.

Proprium etiam adest et abest, intellectu, præter interitū subiecti: sed non est accidens strictè dictum, ut hic definitur:

f 4 ergo



ergo dissentit definitum cui definitio consentit. minor & con sequentio liquide constant. Maior sic ostenditur. subiectum in quam intellectu seiungitur à proprio: viciissim igitur propriū intellectu seiungitur à subiecto. consequitionem hanc firmo si quidem impossibile est duarum rerum unam ab altera seiungi, quin altera simul ab ea seiungitur.

1. Argu. Nihile est quod simul adsit, & absit, eidem collatum: ergo nihil est accidens. Consequentiam ostendo loco à definitione.

5. Argu. Abest, hoc in loco idem sonat, atque non inest: sed accidens non inesse idem est atque protinus non esse: sed accidens non esse, non potest esse in causa, vt sit accidens: ergo definitio & ratio, propter quam aliquid est accidens, non est hæc, nimis quia adest & abest præter interitum subiecti.

6. Argu. Dormire aliquando symptoma est febris continuae quod evenit (vt aiunt medici) cum sommo insuperabili: tunc igitur accidens est inseparabile.

7. Argu. Inquit, intellectu posse me comprehendere Aethiopem album: vel igitur intellectu vero, vel falso. non falso: nam pariter hominem irrationalem intellectu falso possem intelligere. Non vero: nam si vero intellectu possem Aethiopem percipere candidum, ex eo eueniret, vt ita reuera contingere, atque vero concepissem intellectu. Quò fit, vt atror ab Aethiope non solum intellectu, verum etiam reuera separari posset.

8. Argu. Accidit, quod non magis ad intrinsecam rationem candidi pertineat candor, quam ad intrinsecam rationem Aethiops pertineat atror. Ut enim candidum aliquid appellatur à cādore, ita dicitur αἰθιώπος Græcè, Latine aspectu adustus, propter ardorem: Sed intellectu candor à candido separari non potest: nec igitur atror ab Aethiope, qua Aethiops est, poterit sequestrari.

Si ist

Si ista diffinitio esset bona, sequeretur hoc nomen accidentis vniuocè de quantitate, relatione, actione, passione praedicari, 9. Argu. quod videtur ipsimet Porphyrio contrauenire, qui prius monuit Aristotelis testimonio, super haec genera suprema nullū superius præsse genus.

Inquit, accidentis esse, quod neque est genus, nec differentia, 10. Arg. nec species, nec proprium: ergo si quipiam est aliquid horum id planè non est accidentis: atqui virtus, & color genera sunt: virtus igitur & color non sunt accidentia, quod est absurdum.

Hæc musica potest adesse & abesse sine iactura subiecti: 11. Arg. Sed hæc musica non est accidentis, quando quidem non est prædicabile: alicui cōgruit igitur definitio, à quo dissidet definitū.

Sessio, huiusmodi accidentis est, vt nunc in sit, nunc absit suo subiecto: nō igitur semper subsistit in subiecto: falsum est ergo, quod Porphyrius ait, accidentis esse semper in subiecto subsistens,

Aristoteles secundo capite anteprädicamentorū ait de accidente verba faciens, illud esse in subiecto, quod est in altero: non vt pars, & non potest esse sine eo, in quo est: tunc argumē tum sic ego connecto: accidentis inquam non potest esse sine eo in quo est, omne igitur accidentis est inseparabile à suo subiecto: non igitur ullum est accidentis à subiecto suo separabile.

Animarationalis adest & abest, corpori præter corporis, 14. Arg. dico materiei, iacturam, vt experientia constat. Sed anima nō est accidentis corporis: igitur alicui conuenit definitio, cui nihil minus conuenit quam definitum. Idem firmatur exemplo materiei, dum quidem adest & abest animæ rationali sine ipsius ruina: materies vero non est accidentis: quadrat igitur alicui definitio, cui minimè definitum.

Aqua rosacea amphoræ quidem adest, & abest præter in- 15. Arg. f 5 teritum

teritum amphoræ: non tamen eius est accidens igitur de aliquo definitio dicitur, de quo non dicitur, definitum.

16. Arg. *Vestis, & arma, nunc ad sunt, nunc absunt homini, cui ornando, vel muniendo, adhibentur: sed hominis accidentia non sunt: ergo definitio videtur inepta.*

17. Arg. *Homini homo interdum adest, interdum abest, præter alterius interitum: tamen hominis homo non est accidens: præscripta igitur definitio definitio minus est adequata.*

18. Arg. *Simitas accidens est nasus, quandoquidem eius nec genus, nec differentia, nec species, nec proprium est: At non potest ad esse nec abesse naso, ne quidem intellectu præter interitum nisi, si quidem eius finitio describi non potest, dempto naso: definitum igitur alicui conuenit, cui nequit accommodari definitio.*

19. Arg. *Candor adest et abest, superficie sine superficie (quæ quantitas est) interitu: Sed eius accidens non est, si quidem accidentis non est accidens: igitur ineptius accidentis definitio à Porphyrio perscripta est.*

20. Arg. *Primo substantia, ut Socrates, interdum est in secunda substantia, nempe in homine quod Aristotelis initio prædicamen- ti substantiae nos docuit. Interdum vero non est in eo, nimis cum interit: sed prima substantia secundæ substantiae non est accidens: definitio igitur cum definito non recurrit.*

21. Arg. *Ens vulgo dictum tanquam vniuocum & in complexum, dico, voce & significatione simplex, de virtute vero & affirmativa dicitur, sed non tanquam genus, differentia, species, vel proprium: ergo tanquam accidens, consequentia est necessaria, maior ostenditur. Nam ens, cum voce, tum etiam significatio ne, siquidem ad virtutem comparetur simplex est: nihil igitur obstat quod minus tanquam voce & significatione simplex ve-*

*re de*

*re de virtute assertoricq; pronuntietur: minor est eidens, cōsequensq; veritati non esse consonum satis est clarum, siquidem non minus est esse, si maius ens in essentia virtutis, quam ipsa virtus extra substantiæ sit essentiam.*

*Nihil potest intelligi perfectè, nisi per suam definitionem: sed accidentis definitio per subiectum assignatur: ergo nullum accidens intelligi potest sine subiecto. At consequens hoc est absurdum, cum Porphyrius doceat, omne accidens separari à subiecto: antecedens igitur etiam est absonum. Expugnantur præscripta iandudum argumēta præclara Porphyrii, nec non totius scholæ autoritate.*

*Pro dilutione igitur istorum argumentorum imprimis obseruanda sunt accuratius ea, quæ in scholijs huiusc capitis de industria premonuimus. Ut in quibus insita esset tota vis horum & similiū argumentorum, & ea diluendi dexteritas.*

*Accidens duplīciter potest cum suo subiecto conferri vel si gillatim unumquodq; cum sui ipsius subiecto, vel vniuersim, hoc est, accidens in vniuersum acceptum, atque cum subiecto generaliter collatum. Porro sigillatim accidens notius est nobis magna parte suo ipsius subiecto. Dixi (magna parte) nam Socrates nobis notior est, quam virtus, cuius est subiectum. Vniuersim vero accidens cum subiecto collatum minus est notum nobis, quam subiectum. Si quidem in vniuersum accidens definitur per subiectum cum à Porphyrio, tum ab Aristotele.*

*Mors, corruptum, vita defunctū, & similia, quæ dicunt ali- 3. Nota. cuius rei priuationem, vel ablationem, obnoxia cauillo sunt.*

*Nam videtur implicitam inse continere rationem, ut nūquam possint adesse subiecto, cum accidentia sint. Itaque doctrina Porphyrii, (vt cuiusvis probati authoris) æquo animo accipienda est, & ad istiusmodi cauillos dicemus, accidens esse, quod adest*



adest & abest, præter subjecti corruptionem, nisi forte tale sit accidens, quod in sua ipsius significatione implicita habeat subjecti corruptionem: ut corruptio, combustio, & similia. Nec dispar habenda ratio de morte, quæ in sua ipsius natura essentialiter includit, quod nunquam adsit suo subjecto. Cum enim Socrates est, mors ei non adest: ubi vero mors aduenit Socrati iam Socrates non est. Quocirca Socrates quem tanquam subiectum mortis intelligimus esse mortuum, et eius accidens mors non quam simul esse possunt. Tantum abest, ut Socrati subjecto accidens mors possit unquam adesse. Debemus igitur definitionem accidentis interpretari hunc in modum. Accidens, inquam, est, quod adest & abest, nisi forte in sui ipsius ratione secum circumferat ipsum non adesse suo subjecto. Quia ex propria natura nimur tollit esse subjecti.

**4. Nota.** Aduerte hic, non ab altero intellectu separari, cum perfectè illius natura percipitur neglecto altero. Cum igitur candoris essentia non includat in se cygnum, nec in essentia cygni sit positum quod sit candidus (nam si niger esset, nihil omnis idem esset cygnus) & præter id, nec causæ candoris à quibus profluit candoris essentia, non magis pertineant ad cygnū, quam ad niue: ob hæc, inquam, fit, ut candor intellectu dicatur à cygno separari, cum tota eius natura & essentia circumspectetur et alta mente à philosopho naturali degustatur nulla protinus habita ratione cygni. Iam proprium, si pariter ad suum subjectum conferatur, longè secus se gerit. Nam & si essentia illius qualitatis quam ridendi potestatem appellamus, omnino sit extra essentiam hominis, tamen quia causæ materies, forma, efficies, & finis, à quibus dictæ qualitatis essentia profluit, sunt anima & corpus hominis: atque tunc aliquid perfectè cognoscere dicimur, cum eius causas, à quibus essentiam accepit, assequimur.

sequimur, & perfectè dignoscimus: præterea fit, ut proprium intellectu à suo subjecto separari non possit, accidens vero facile possit.

Accidentis autem finitio quod non sit essentialis satis liquet: **5. Nota.** nec enim per disjunctionem, nec per opposita, assignaretur, nisi descriptio esset rudi iuuentutis captui attèperata. Cuius sensus hic est, accidens, inquam, est quod & interdum adest, & interdum abest saltem intellectu præter interitum sui subjecti.

Est etiam hic adnotandum, quod intellectus quo fit abstractio & separatio unius ab altero non sit componens nec dividens: in quo, inquam, sit veritas vel facilitas, sed sit intellectus simplex, ita intelliges aliquid, ut protinus nullam habeat memoriam alterius. Doctrina hæc est Aristotelis secundo capite secundi physicorum, ubi docet abstractum non esse mendaciū quæ perinde est, ac si dixisset, intellectū in abstractando quæ unum ab altero non esse componentē, nec dividēt: qui nimur afferat vel abneget unum ab altero, proindeq; intellectum huiusmodi nec verum esse, nec falsum. Ubi vero nec veritas, nec falsitas est, nequit contingere mendacium. Itaque cum ego contemplor quantitatem perinde, ac si non esset in subjecto, abstractere dicor à subjecto quantitatē. Non tamen ob id sum persuasus, quantitatem esse reuera positā extra subjectum. Similiter cum abstracto universale ab eis individuali nihil aliud facio, quam expendere universale, neglectis tantisper individuali. Persuasus tamen alioqui universale consistere in individuali, nec absimilis est ratio, qua separo unum à candore: quando quidem, intellectu candorem à uniuersitate separo: idem est plane, atque perfectè capere naturam candoris, intermissa interdum & neglecta omnino uniuersitate: quasiq; non requiriatur

ratur ad consequendam notitiam candoris.

7. Nota. Accidens autem duplíciter consideratur. Vel, ut est prima intentio. Quo pacto ita se gerit accidens ad nouem genera, ut ens ad uniuersa: tuncq; plane analogum est. nec una sortitur finitionem. Quò fit, ut minimè sit genus ad quantitatem, qualitatem, &c cetera huiusmodi. vel accidens perpenditur, quatenus est secunda intentio quomodo prædicabile est, perindeq; uniuocum: ac ita finitur in præsenti loco. Ut verò diximus superius nullum est incommodum, quòd secunda intētio sit aliqua super genera suprema.

8. Nota. Quod autem inquit, Porphyrius, accidens semper esse in subiecto subsistēs nō indiget explicatione. Quis enim dubitat perinde esse ac si dixisset, cum accidentis esse sit in substantia tanquam in subiecto esse, quandiu accidens in rerum natura subsistit profecto non alibi, quam in suo ipsius subiecto consistit.

9. Nota. Sed illud nos non præter currat, subiectū hoc in loco in accidentis finitione, subintelligi debere principale, dico constans ex materia et forma. Quod solum dare valet subsistentiā accidendi. Appellatur autem theologis, physicis, & logicis in schola vulgo subiectum quod. Exponam apertius, subiectum qd' hoc aliquid, subiectum principale, candoris et virtutis est. exempli gratia Socrates, subiectum quo tanquam parte Socrates subiicitur his est quidem virtutis anima, coloris verò corpus. Ad hæc subiectum quo tanquam instrumento corpus candore subit est superficies, quæ primum est, idest immediatū Aristotelī coloris subiectū. Si verò alicui minus arrideat hæc interpretatio consulat animam rationalem, quæ adest & abest, materiei præter materiei corruptionem (ut argumentum nobis obiecit) ac intelliget Aristotelī & Porphyrio quam concinna sit nostra sententia. relinquunt enim seclusa tunc ani-

ma

ma ab accidentis finitione.

Est rursus obiter hic admonendus lector ad tollēdos nescio 10. Nota. quos scrupulos, quod in accidentis finitione verbum, adest, idē significet, ac si dicere, adhæret ita, & inest, subiecto ut in eo sit, & ab eo accipiat esse, saltem quantum ad subsistētiam. Alioqui plurimæ substantiæ participarent hac finitione, ut sat liquet.

Nec est negligēdū in præsenti monitu illud, qd' accidēs, quatenus est secunda intētio, protinus dicat cōparatiōe subiecti. Est enim ad illud relatū, ut subiecti viciſſim ad ipsū. Quò fit, ut nec accidēs finiri nec intelligi possit quatenus accidēs sine subiecto: at unūquodq; accidēs prima intentione cōsideratū et intelligi et finiri potest sine subiecto. exēplo fiet hoc dilucidi⁹, cā dor, inquam, qua accidens est, non potest intelligi nec definiri sine subiecto: sed quo candor, quo color, quo qualitas est, & intelligi & definiri potest sine subiecto: quippe cum (ut monuit Porphyrius) saltem intellectu ab eo posset separari.

11. Nota.

¶ Nunc ad argumenta dissoluenda nostram operam conuertamus.

Accidens sigillatim suo subiecto nobis notius est & familiarius magna parte. Sed accidens in uniuersum cognosci nō potest, nisi prius cognoscatur à nobis in uniuersum substantia quæ est eius subiectum. genus autem, species, ac differētia pertinent ad substantiam. atque ita in uniuersum considerata tanquam notiora prudenter accidenti anteposita sunt.

Dico, finitionem ita intelligendam, dummodo accidens in Ad. 2. trinseca sui ratione non includat subiecti sui corruptionem.

Nego hanc consequitionem, subiectum potest intellectu se Ad. 3. iungi à proprio: ergo proprium ex aduersum intellectu separari pot à subiecto ut euidenter explicata nota fuit cōmonstratā.

Dico



ad. 4. Dico, definitionem ita intelligendam, ut copula ( $\wedge$ ) sumatur no pro eodem tempore copulans, sed pro diuersis nō copulatim: sed diuisim vt sit sensus, accidens, inquam, est quod nunc adest, nunc abest, subiecto.

ad. 5. Dico, finitionem hanc non esse essentiale atque ita in ea terminum aliquem ponit, qui non pertineat ad essentiam rei.

ad. 6. vt pote dictio[n]em (abesse.)

Concedo, dormire in lethargo accidens esse inseparabile: sed Porphyrium usurpasse, dormire, vt magna parte contingit.

ad. 7. Diximus iam intellectum abstrahentem  $\wedge$  unum ab altero separat[em], non esse componentem nec diuidetem, ob idq; nec verum esse nec falsum.

ad. 8. Concedo de intrinseca ratione ipsius Aethiopis, quantum ad vocabuli vim attinet, esse quod faciem habeat adustam et concrematam. Sed Aethiopus nomine Porphyrius intellexit, hominem illum, à quo, inquit, separari atrorem intellectus munere.

ad. 9. Concedo accidens uniuocum esse, superiusq; vt explicatum est, ad quantitatem, qualitatem  $\wedge$  reliqua similia genera. sub ratione tamen secundæ intentionis, non autem sub ratione primæ.

ad. 10. Nego consequentiam: quia diuersis rationibus, diuersorū, inquam, collatione idem potest esse genus  $\wedge$  accidens, vt virtus que magnanimitatis genus est, eadem hominis est accidens.

ad. 11. Dico, in accidentis finitione subintelligendum (vt hactenus fecimus) vice generis prædicabile, siue uniuersale. Quod autē Porphyrius gratia communium accidentium  $\wedge$  non individuorum, finitionem hanc nobis tradiderit, iam ex capite de genere manifestum euasit: ubi mentione facturus primo de accidentis nomine, de quo agendum ei erat in præsenti negotio,

subiunxit

subiunxit hæc verba. Communiter, non propriè alicui vbi secludabat accidentia à præsenti institutione, quæ tota tanquam circa subiectam materiam exclusis individuis circa prædicabile versantur.

Porphyrius intellexit, quod accidens quandiu constat naturaliter non alibi, quam in subiecto consistat.

Argumentum ita connectis, accidens non potest esse sine subiecto: igitur nullū accidens separari potest à subiecto. Ego verò istiusmodi nego consequitionem. nam non ait Aristoteles accidens non posse aboliri à subiecto, sed sensus eius sanè hic est: quod inquam, accidens non possit esse in rerum natura ita vt consistat extra subiectum. Firmat igitur Porphyrius sententiam Aristoteles, tantum abest, vt eam demoliatur.

Animarationalis non adest  $\wedge$  abest, subiecto principali, vt hic intelligitur et iam declaratū est. Ad confirmationem dico, materiam non adesse formæ tanquam subiecto, sed potius sub esse.

Aqua rosacea non inest amphore, vt hic intelligitur, id est tanquam subiecto à quo accipiat subsistere.

De vestibus  $\wedge$  armis par est indicium, atque de proximo antecedente.

Nec dispar est huius argumenti, atque duorum fuit proximorum ratio. Itaque homo adest homini fauendo Ciceroni, ab estque auxilium denegando. Sed hic, adesse, secus accipitur.

Simitas cum nihil aliud sit, quam deformitas illa, quā oculis cernimus in naso, profecto intellectu separari potest à naso. quod autē Aristoteles multis in locis docere videatur, similitatem esse propriam affectionem nasi,  $\wedge$  ob id intellectu nō possit à naso secessrari, ita intelligendum est: vt simitas accidens sit eius naturæ, quod nequeat alteri<sup>o</sup> subiecti esse affectio, quā

<sup>g</sup> nasi

nasi verum autem esse hoc, ita deprehendes, si, inquam, perpē-  
das attentius et studiosius huius argumenti robur. Cui dudum  
meo iudicio verè satis factum est.

19. Arg. Superficiei concedo quod ad sit ē & absit candor, tanquam sub-  
iecto instrumentalī, non autem (ut in præsenti loco duximus  
intelligendum) tanquam subiecto principali.

20. Arg. Prima substantia est quidem in secunda, sed non tanquam  
in subiecto à quo accipiat subsistentiam: quinimò secunda  
substantia subsistit beneficio primæ.

Respondeo, concedo maiorem, sed nego quod subiungis, né-  
pe quod ens virtutis non sit genus. Cum enim ens vniuersaliter di-  
citur de virtute, idem est protinus re & ratione, atque qualita-  
tas, quæ ut genus de specie prædicatur de virtute.

22. Arg. Concedo maiorem & minorem, sed nego consequentiā. nā  
accidens sub ratione secundæ intentionis definiri debet (ut hic  
fit) per suum subiectum. Nec intelligi potest neglecto subie-  
cto. Sed vnum quodque accidentium ut candor, virtus &  
quodvis huiusmodi, facile percipitur sine adminiculo subie-  
cti nimirum sub ratione primæ intentionis consideratum, ut  
nouissima nota declarauimus.

## S C H O L I A I N C A P V T C O M M U N I T A T V M A C D I F F E R E N T I A R V M .



Omnine quidem est omnibus.  
Elut extemam manum addens ad exercenda in  
genia, communitates ac differentias harū quin-  
que vocum prudentissime subiungit. Quam par-  
tem, & si multi ante nos neglectim preterierint, tamen atten-  
perantes nos rudioris inuenturis desiderio nauandam no-  
bis

bis operam, operæ premium induximus, punctum qui sub ori-  
rentur passim scrupulos eximeremus. Observat autem ordinē  
naturæ & doctrinæ in his quinq; vocibus comparandis. quod  
iam ostendit initio capitul ab vniuersalioribus auspicatus.  
Ex hoc autem loco elicit rudis adolescēs quæ nam sint vnius-  
cuiusque predicabilis propria subiecta, quæ vulgus appellat  
subiucibilia. Id enim cudentibus exemplis fit hic à Porphyrio  
manifestum.

¶ Species autem ut homo, solum de particulari-  
bus hominibus prædicatur.

Ex hoc loco decerpimus istud aduerbium, solum, superius i ter-  
tia descriptione speciei fuisse ex sententia Porphyrii subintelli-  
gendum. Similque colligitur hinc, Porphyrium in præsenti lo-  
co speciem intellexisse non subalternam, sed specialissimam.

¶ Sed principaliter quidem de individuis, secun-  
dò verò de iis quæ continent individua.

De accidentibus strictè dictis, quæ secreta sunt à proprijs ver-  
ba facit. Hæc enim cum non profluant à principijs essentiali-  
bus speciei, sed ut contingit nunc huic, nunc illi accedant indi-  
viduo: fitequidem iure ut individua sibi vendicent tanquam  
proprium subiectum ratione quorum species si dicatur subie-  
ctū secundo loco & per accidēs, nempe per individua dici solet  
accidentium. Hæc doctrina corroborabitur ab Aristotele in  
prædicamento substantiæ. Vbi substantiam primā nuncupabit,  
hoc nomine, quod propriè principaliter, et maximè accidē-  
tibus subfistet. Species vero & genera secundas nuncupabit  
substantias ob id quod post primas ordine naturæ secundo vel  
tertio loco substent accidentibus.

¶ Commune est generi & differentiæ cōtinentia  
specierum.

g 2 genus

Genus hic cum differentia confert. non igitur cum constituta, quæ quatenus talis, cum specie, non cum genere comparanda est, sed cum differentia diuisua, quæ quidem illius, ut genes, diuisua differentia est. Quod autem tribuit utriusque commune, quod species continant, ita est intelligendum, ut genus perpetuo complectatur species, differentia vero magna parte. Id vero perspicuum est quantum ad genus attinet. Quod vero spectat ad differentiam, ipsem Porphyrus paulo inferius comparans differentiam cum specie, te submonebit sub his verbis. Amplius: differentia quidem in pluribus saepe speciebus consideratur. Quibus ex verbis Porphyrii sole clarius percipitur, differentiam non semper sub se species continere, sed magna parte, & ut plurimum.

¶ Et quæcunque prædicantur de genere, ut gene re & de aliis, quæ sub ipsis sunt species prædicantur. & quæcunque prædicantur de differentia ut de differentia, & de ea, quæ sub ipsa est species prædicabuntur.

Genus, quæ genus, & differentia, quæ differentia, prædicabilias sunt. Quocirca de illis, quatenus his nominibus efferuntur, nihil valet prædicari. Sed locus hic boni consulēdus est, eoq; referendus, quo Porphyrus destinari voluit. Nam explicare volens quicquid prædicatur de animali, ea ipsa ratione sumpto qua sumitur cum de sibi subiectis prædicatur, idem in qua de sub eo contentis prædicari pariterq; quicquid de arbore, ea ratione sumpta, qua arbor est, dicitur: idem de cōtentis sub arbore species & individuis prædicari: ut genera vniuersa uno præcepto complectetur compulus fuit uti ea scribendi forma, ut genera omnia sub generis nomenclatura contineat, & sub differentiæ nomine similiter omnes differentias.

Itaq;

Itaque quod ait in generibus & differentijs non sub ratione secundæ intentionis: sed prima intentione accipiendum est.

¶ Commune autem est peremptio genere & differentias simul perimi quæ sub ipsis sunt.

Ea est lex eorum quæ naturæ ordine priora sunt: ut ipsis peremptis reliqua tollantur: reliquis vero sublati ipsa saltem intellectu non aboleantur. est animal natura prius homine: sublato homine tollitur animal, nā si nō est hō nec animal, nō cōtra: si aīal nō est, ob id eueniet ut hō non sit. Ceterū ordo naturæ triplex est, vel enim natura pergit à causis ad effecta, vel à simplicibus ad composita, vel ab vniuersalibus ad particula ria. & in quouis horum euenit, ut à posteriori ad prius subsi stendi consequentio sit constans affirmando: ut homo est, ergo animal: homo est, ergo anima: homo est, ergo parentes sunt: velfuerunt ex aduersum vero minimè constans reperiatur: animal est, ergo homo, similiterq; in alijs. Apriori vero ad posterius abnegando necessaria fiet cōsequentia. non contra ut non est animal ergo non est homo, non est anima, ergo non est homo: non est parens, ergo non procreabitur homo, docēs itaq; Porphyrus peremptio genere vel differentia, simul perimi quæ sub ipsis sunt, perinde est atq; si dixisset, genus & differentia naturæ ordine priora sunt his, quæ sub se cōtinentur. est enim genus antecedens sua contenta eo naturæ ordine, qui descēdit ab vniuersalibus ad particularia. differentia vero eo procedit naturæ ordine, qui per simplicia venatur composita: quippe cū ipsa simplicior sit in logica constitutione, quam species cuius est constitutiva differentia.

¶ Proprium est generi de pluribus prædicari quā differentia, species, proprium, & accidens.

Genus quidem de pluribus dicitur, quam species, cuius est ge-

g 3 nus

nus: & quād differentia sui diuisiua: necnon quād propriū speciei, cuius est genus denique de pluribus quād accidens perlinens solum ad aliquam vel alias suarum specierum.

¶ Amplius: genera quidem priora sunt iis, quæ sunt sub se positæ, differentiis.

*Genus prius est natura differentijs sui diuisiuis, de quibus agit in præsentiarum: tum quia generalius & communius est illicis tum quia prius est naturæ ordine materiam præiacere, quā formam recipere, genus vero in speciei constitutione materie personam, ut differentiam formæ rationem gerere non semel dixim⁹. Quocirca genus prius natura est, quād differentia, si contractum in actum speciei constituendæ redigatur: quod vero subiungit nam & si omnes interimantur, tamen substātia animata sensibilis intelligi potest, quæ est animal eo pertinet, ut singulis differentijs ablatis, neque re neque ratione genus aboleatur vniuersis tamen sublatiis re, tollatur genus re, vniuersis funditus ratione sublatiis, nihilominus relinquatur animal, quantum ad munus rationis & intellectus incolue. Nā & si nullam in mente rationem habeā rationalem nec irrationalē, perfectam tamen in mente gero animalis essentiā & intueor. Ratio autem est præceptum illud quo ntitur Porphyrius, quod perpetuò verum est: quod (inquit) in quois naturæ ordine, sublato posteriori non tollatur prius, saltem intellectu: sed sublato natura priori, & re & ratione tollitur posterius.*

¶ Amplius genus vnum est secundum vnam quāque speciem.

*Sensus ita est exprimendus, genus (inquit) in vniuersiisque speciei constitutione vnum solum est: sed contingit in eadem speciei constitutione, dico eadem in definitione differentias es-*

se

se duas pluresue. quis enim in vna finitione vidit reponi duo genera? euenit vero differentias passim esse duas tres ue consortes, & simul conuenientes ad eandem perficiendam definitiōnem.

¶ Sumatur autem species vt species solum: non etiam vt genus si fuerit idem species & genus.

*Quando discrimen assignamus inter genus & speciem, eam (inquit) intelligito speciem, quæ genus non sit: si quidem ea quæ genus etiā est, eo nomine non distabit à genere, quod ideo moneo: ut si forte aliqua tibi occurreret species, quæ similiter esset genus, eam reicias, nec ad præsentem contemplationem admittas.*

¶ Et totum quoddam esse vtrunque.

*Genus inquit & species totum est, intellige non essentiale nec integratum, nec constitutum: sed vniuersale. Hac enim ratio ne dudum vſus est, & si homo (vt capite de specie diximus) cōparatione quadruplici quadrifariam nominari possit totum: hic tamen Porphyrius non vſurpauit nisi totum vniuersale: alioqui non appellasset totum, est enim species pars constitutæ.*

Species vero continetur non continet genera.

*Quia totius est continere vniuersas sui partes quot modis diciuntur totum, totidem modis intelligi potest, quod aliquid contineat tanquam totum: Porphyrius vero quia vt iandudum explicauit, verba facit de toto vniuersali: sane quod nunc ait interpretari debemus ad hunc modum. Species (inquit) tanquam pars minus vniuersalis continetur a genere, non autem tanquam totū vniuersale continet ī se genus: Nā secus falsum esset, qđ dixit: etenim homo totum est constitutum, ergo continet partes constituentes: animal igitur ab homine continetur, pariq; styllo percipiens, quod genus omne viciſſim continet ab specie.*

g 4 Et ge

¶ Et genera quidem vniuocè de speciebus prædicatur: species verò de generibus minimè.

*Genus et nomen suū & integrā rationem tribuit homini, quādo quidem & nomine (animal) hominem significamus, ut cætera animalia, & animalis rationem suscipit homo: genus igitur animal de specie homine vniuocè prædicatur. At quia nec nomen homo, nec eius ratio conuenit animali, quatenus animal est homo: nec nomine suo nec ratione de animali p̄dicat.*

¶ Generis & proprii commune est sequi species. Alludit ad vulgo dictam subsistendi consequentiam: in qua ex eo quod aliquid sit, hoc est constet, in rerum natura: colligimus quod aliquid aliud etiam consistat: in qua ratiocinandi forma genus & proprium consequēs est speciei: species verò antecedens.

¶ Commune demum est his vniuocè prædicari genus de propriis speciebus, & proprium de his, quorum est proprium.

*Quid si hic vniuocè prædicari non sat is teneo nisi dicas esse id ipsum quod omni prædicabili promiscuum est: nempe quod sit vniuocum ad sua subiecta: si verò occurras, ergo frustrà hoc tribuit Porphyrius generi solum & proprio: dicam non solum tributum his, & si occurrit ei forte in his, ut superius etiam dixit, genus autem species commune quidem habent de pluribus prædicari: & id non solum his, sed omnibus etiam commune. est: sed in rudi institutione boni accipere oportet multa, etiam & si lucernam non oleant.*

¶ Amplius: species quidem interemptæ nō simul interimunt genera quorum sunt species: propria verò interempta simul interimunt ea quorum sunt propria.

Codex

*Codex græcus verius constat, & veritati, nec non anteuerēdis canillis opportunitior est, cuius verba hæc sunt ἐν τῷ μὲν ἔδικτῳ αὐτοῖς μέρε, & οὐαρχίης τῷ γένει τὸ δὲ γένει αὐτοῖς μέρε οὐαρχίης τῷ εἰδή, ὡμοίῳ ἔδικτῳ. id est sublati proprijs, non ideo tolluntur genera: sed generibus sublati, funditus tolluntur species, quæ nimis priorū sunt basis & fundamentum Iste vero locus apud Boëtium est caui lo subiectus: nam si reuera exponatur, falsum erit quod ait, quod interemptis speciebus non tollantur genera: si vero non reuera, sed ratione sine intellectu, interpreteris, falsum quod subiungit, quod proprijs interemptis, simul interimantur ea quorum sunt propria.*

¶ Sed semper posterioribus numeratis & secundis quidem vna differentia superatis.

*Perionius fœliciter locum hunc ( ut reliqua ) nobis est interpretatus, sub his verbis, sed quia semper, inquit, enumerantur deinceps, ex duobus quod vna differentia relinquitur, ex tribus duæ: ex quatuor tres: ex quinque, quatuor: profecto ex quatuor, tribus, duobus, & vna decem fiunt.*

¶ Proprium autem differentiæ est, quoniam hæc quidem de pluribus speciebus dicitur saepè. Confirmat quod paulo ante prædixit, nempe quod differentia de pluribus speciebus dicatur saepè, quasi non semper ita eveniat, quod vero ait proprium est, perinde est, atq; si diceret peculiare quo verbo sub eadem significatione usus est hoc in capite, in discernendis differentiis crebrius.

¶ Bipè enim semper adest omni homini. Nota hic, bipedem à porphyrio differentiam fieri essentialē, cum capite de proprio ut obiter illic intermonimus ab eodem dictum sit bipedē esse omni, sed nō soli, accidere homini.

Acci

Accidentia verò aliquo quidem modo cōtinent ea quòd in pluribus sint, aliquo verò modo continentur, eò q̄ non vnius accidentis susceptibilia sunt subiecta, sed plurium.

*Doctrina hæc vt plurimum, non semper vera est estimanda. Musicum enim ita continetur sub homine, simitasq; sub naso, vt omnino sub eo contineatur. Omnis em̄ musicus est homo: non contra: omnis homo est musicus. Pariter, nō omnis nasus simus est, Sed partim simus, partim aquilinus, partim aliter affectus simitas vero non partim naso, partim alteri accidit alicui, sed omni, id est, vniuersim accidit naso. Sed magna parte verum est quod ait Porphyrius, quòd, inquam, accidens aliquam speciem tanquam rem sibi subiectam materiali significatione partim à se significatam partim sub ambitu suæ significationis sub se contineat, à qua partim etiam contineatur. Dicam clariss, album, inquam, speciei homini collatum partim continet hominem, partim ab homine contineatur. Partim quidem continet hominem: quia nimirum album partim est homo, partim equus, partim aliquid aliud. Cæterum album partim ab homine cōtinetur: Nam homo partim albus est, partim est cæcidus, partim ater, partim flano, vel alio quoque colore præditus. Hic autem aduertendum est, quòd continere non dicitur hoc in loco quantum ad rationem formalem sed quantum ad rem subiectam, vt iam dudum aperuimus.*

¶ Accidentia verò magis & minus suscipiunt. Observa hic, indefinitam doctrinalem quæ vicem gerit particularis (quod aliqui negant audaciis afferantes, in doctrinis indefinitam æquipolare vniuersali.) Quæ verò accidentia magis & minus suscipiant. quæ vero secus habeant. Aristoteles planum nobis reliquit in prædicamentis.

Species

¶ Speciei autem et proprio commune quidem est de se inuicem prædicari.

Prædicari quidem, id est verè & affirmatiuè enunciari, non autem aptè & ordinatè dici. Est enim apta prædicatio hæc, homo est risibilis: inuersa, contra inepta est, vt cuique patet.

¶ Et species quidem ante subsistit quam propriū proprium verò post fit in specie.

Antea quidem est species quam proprium. antea quidem natura, non tempore. Est enim natura prius, à quo non conuerti tur subsistēdi consequentia, vel si conuertatur quod alterius. quodāmodo causa est. Iam species causa est, à qua accipit proprium, vt in rerum natura subsistat.

¶ Species quidē semper actu adest subiecto: propriū verò aliquādo actu, potestate verò semper.

Ista verborum series videtur cauillo subiecta. sed ita est vindicanda: vt inquam, & species & proprium semper subiecto adsint. sed ita, vt species actu sonet, potestate vero propriū. Dicitur enim Socrates risibilis, quia ridere potest, sed homo dicitur, quia participat actu essentiā hominis, non autem, quia potest aliquid agere vel pati.

¶ Amplius: quorum termini sunt differentes.

Terminos appellat cum Aristotele finitiones essentiales. Ut enim termini munus & officium est includere & excludere, ita essentiales partes sunt includere quicquid est in essentia rei & secludere, quicquid est extrinsecus accessorium.

¶ Accidentis autem in eo quòd quale quidam est vel quomodo se habens est.

Accidens, inquit, est quod prædicatur in questione qua queritur quale aliquid sit, vel quomodo se habet. Sub qua forma questionum debemus subintelligere, accidens esse, quod redimus

dimus

dimus ad quæstionem factam per quantum, vel quotum, vel ubi, vel quando, quibus postulare solemus accidentia. Videatur autem Porphyrius hæc omnia complexus, (vt superius fecerat) subinterrogatio, quale, vel sub interrogatio, quomodo se habet.

¶ Et species quidem præintelliguntur accidentibus.

Duplex est intelligendi ratio. Unaquidem rudit & crassa: quæ quidem accidentia prius, quam species intelliguntur. Altera est perfecta, qua prius est intelligenda necessario res quæ prior est naturæ ordine. Quocirca de perfecta intelligentia loquens Porphyrius, Species, inquit, præintelligendas accidentibus.

¶ Et aduentitiæ naturæ.

Accidentia (inquit) posterioris esse generis, id est, quod ordine naturæ sequatur post ipsam substantiam & ad iunxit (aduentitiæ naturæ) & merito quidem, dictum est enim accidens quasi extraneum, aduentitium, & ex irinsecus accedens, ut semeliam diximus.

¶ Inseparabile verò accidens, vt nigrum non solum.

Perinde est, ac si diceret: proprium semper unam natum est speciem cui soli accidat. accidens verò sæpius præter unam speciem in alijs diligatur. Duxi (sæpius) quia musica & virtus soli conueniunt speciei.

Q V A E S T I O.

Nunc rectè Porphyrius de communicatis, ac differentijs quinque vocum differuit. Nam secus esse, primum omnium illud facit verisimile.

quod pollicitus fuerit in præfatione se fore breuem, at verò de his hic dicit amplissime, nō igitur est sui similis.

Rursus speciem anteposuerat differentiæ in tractatione, nunc differentiam speciei præmittit, ergo in altera harum considerationum ordinem inuertit Porphyrius.

Accedit, quod initio huius capituli singulis quinq; vniuersis propria tribuat subiecta, in quibus omnibus commune constituit, non solum dici de multis, sed etiam dici de individuis, vt planè docet in textu, sed prius Cap. de specie nos monuit, ex sententia Platonis nos à summis generibus gradatim descendentes ad infimas formas gradum sistere debere in ijs, omittendaq; omnino individua quod scientia comprehendendi nullo modo possint: ergo non rectè hoc in loco docet, individua subiecta esse horum quinq; attributorum.

Illud etiam videtur Porphyrius facere sui absimilis, quod initio huius cap. doceat speciem, solum de singulis dici, quod videtur esse falsum, quādoquidem species interiora non solum de individuis dicuntur.

Insuper hic docet accidentis proprium subiectum & primum individuum esse, ergo tantum abest, vt à præsen ti consideratione individua excludenda sint, vt potius vnius quinq; vniuersalium sint proprium subiectum.

Rursum vti ratione accidens est hominis, sed prius natura dicitur de homine, quā de Petro, vel Ioanne: fal-

H sum

210

## SCHOLIA IN

sum est igitur, quod indiuiduum sit accidentis primum subiectum: secundo autem loco, species, maior liquet, assumptio corroboratur, homo prius est tempore ac natura singulis hominibus, siquidē est vniuersum: vniuersa verò Arist. semper sunt, ergo species homo prius tempore & natura subiectum risus fuit, quam Petrus, & quiuis singulorum hominum.

Ar. 7.

Præter hæc, inquit, communē esse generi cū differentia formarū complexione, argumentū sic ego contorqueo. Inferius hoc ipso in cap. cōferens differentiācum specie inquit, differentiā sēpe sub se muleas formas includere, ergo falsum est quod hīc ait, communem, inquam, esse generi cum differentia formarum complexionem. Firmatur hoc, quia statim subiungit eodem loco, differentiam pauciores complecti species, quam genus, quod sic impugno: Sensus compos differentia est animalis, non tamen pauciores complectitur, quam ipsum animal: ergo doctrina hæc est obnoxia cauillo.

8.Ar.

Etiā inquit, rationis particeps, et si non cōtinet ea, que sunt expertia rationis, at certè hominē, & angelū, qui species sunt cōtinet, quod expositores christiani respuūt, tanquā hæreticum, sed gratia magis excutiendae veritatis sic incurro: Angelus rationis particeps est, ergo videtur rationis particeps duas sub se species continere.

Ar. 9.

Subiungit communitatem generis, ac differentiae sub hac

hoc forma: Quæq; inquit de genere, qua genusest, dicuntur, omnia de formis ijs, quæ illi subiecta sunt, dicantur necesse est, sicut quæ de differentia, vt differentia est, dicuntur, eadem etiam, & de specie, quam illa efficit: in quam doctrinam sic inuehor: Genus quā genus, differentia, quā differentia, sunt attributa, non subiecta, ergo de illis, quatenus his nominibus efferuntur, nihil dici potest: non igitur recte inquit, quæ de genere, quā genus est, dicuntur, nihil enim dicitur de genere, quā genus est, pariterque de differentia, vt est differentia.

Ad hæc paulò inferius, hoc etiam, inquit, commune illorum est, quod generibus differentijsque sublati, tolluntur vna ea omnia, quæ illis subiecta sunt, quod sic impecito: Genus, vt inquit Cicero in topicis, est notio ad plures differentias pertinens, forma est notio, cuius differentia ad caput generis, & quasi fontem referri potest: atqui funditus sublata notione animalis, & hominis, non tolluntur indiuidua eis subiecta, vt planè constat: ergo falsum est, quod ait, generibus sublati tolli similea omnia quæ illis subiecta sunt.

Ceterū in eandē doctrinā sic innitor, tota natura et essentia animalis est in homine, quandoquidē in homine includitur, quod sit substantia, corporea, vitæ, sensus, et rationis particeps: ergo sublato funditus homine, pariter tollitur tota essentia animalis. Confirmatur, nā sublati pri mis i.individuis substatijs, vt auctor est Ari. in categ sub-

Hij stan-

statiarū, funditus abolētur ḡna, et species eārū: ergo hac parte genera non sunt priora his, quae subiecta sunt illis.

**Ar. 12.** Deinde docet, genus de pluribus dici, quām accidens, quod sic oppugno, relatum accidens est, de pluribus tamē dicitur, quām quodvis genus: ergo non recte dicit, accidens in paucioribus dici, quām genus.

**Ar. 13.** Submonet sublato genere tolli differentias, differētias verò, et si omnes tollantur, non hoc efficere, ut tollatur genus, quod sic refuto: In omni bona diuisione disiunctum constans ex partibus diuisionis, est reciprocum diuisio, utrumq; igitur & aiendo, & negando alterius est antecedens, & consequens, sublato igitur disiuncto, tollitur & diuisum, nec est quōd dicas, id evenire re subiecta, non tamen ratione: nam ratio, quae rei subiecta nō quadrat, res inanis & futilis est.

**Ar. 14.** Ait paulopost, genus in quæstione, qua natura rei inuestigatur dici, differentiā verò in quæstione qualitatis, quod sic refello: quæstio q̄litatis solū pertinet ad Catego. qualitatis, ergo differētia rationis cōpos in quæstione quælitatis minimè dicitur. Firmatur hoc Aristo. testimonio in substatiæ categoria, cuius verba huiusmodi sunt, secūdæ aut̄ videntur illæ quidē similiter figura appellationis hoc quippiā significare, cū dicitur homo vel animal: nō tamē id verū est, sed qualitatē potius significat, nō igitur sola differētia quod hīc ait, pertinet ad quæstionē qualitatis, idēq; corroboratur, nā Ari. hoc in loco verba sunt

Ἴτι τό μέν γένεθλιον τῷ τὸ στήθῳ, ἀλλὰ φρεσὶ τῷ δωδεκάτῳ τῷ στήθῳ, ὡς ἔργον, κατηγορεῖται, id est, amplius, genus qui dē in quæstione, qua quidquippiā sit indagatur, dicitur, ac verò differentia, ut iam dictū est, in ea, qua quærimus de re subiecta, qualequid sit. Cūm igitur nec Porphyrius nec Arist. nunquam appellauit quæstionem qualitatis, sed quæstionem de re qualequid sit, verissimile est, doctrinam istam, neq; Porphyrio, neque Aristoteli, neque scholæ usui consentaneam esse, nec est quod euadas qualitatem aiens hīc intelligi substantiam, quandoquidē, ut iam dudum diximus, animal etiam qualitatem significaret essentialē. Denique terminus artis nūquam est immutandus, nec enim tam accurate est adhibenda opera verborum copia, vel ornatui, quām iuuentutis utilitati, & aperiendæ veritati, ut fecit Aristoteles, & Porphyrius, præsertim bac in phrasī, maxime q̄ue omnium in dialectica, ubi tam crebræ sunt, quæ lectorē remorētur, ambiguitatum spinosæ disceptationes, ut nihil magis abhorrendum ducamus, quām homonymiam, & terminorum artis immutationem. Ergo locus hīc & propter homonymiam, & quia Aristoteli, nec Porphyrio, nec scholæ usui, consonus est reijciendus.

Illud etiam non videtur quadrare, quod ait genus unū esse in unaquaque forma, differētias verò multas: quādoquidem, ut hominis multæ sunt differentiæ sibi subordinatae

H iij dinatae

dinatae, ut poterat nō pariiceps, s̄ f̄sus cōposet corporeū: ita etiā multa sūt genera, nēpe animal viuens et corpus.

Ar. 16. Subinde afferit genus, & speciem, communem eam subire rationem, qua in multis reperiuntur, & continuo subiungit, hæc verba: In quo, inquit, speciem illam intellectam volo, quæ species modò est, non etiam genus, cū accidit genus atque speciem esse. Ista verba videtur sibi repugnare, nam ubi euenit, idem speciem esse atque genus, fieri nequit, ut ea diligatur forma, q̄ species modò est, nō etiā genus, ergo locus hic est cauillo expositus.

Ar. 17. Species, inquit, contineri genera verò cōtinere, quod ita confuto, pars continetur à toto, sed species totum est, quod ex genere tanquam materia, & differentia tanquam ex forma coalescit: ergo genus & differentia species sunt partes, continetur igitur genus in specie.

Ar. 18. Quod autem ait sub his verbis, hoc etiam illorum cōmune est, verba facies de genere, ac specie, quod inquit priora sūt ijs, de quibus dicitur, sic expugno: individuae substantiae prius natura cohæret, constat, substitutuè, quā species earū & genera, ut Arist. planè docet in categoriis substatiæ, ergo nō genera, & species individuis: sed hæc illis prius natura substāt, secūdo verò loco mēmis munere elicuntur ex his species, et postremū genera.

Ar. 19. Addit genera cū formis cōferens, itaq; priora sunt naturæ ordine genera, tolluntq; neq; tolluntur, sic innitor genera

nō

nō & species adiuvicē collata sunt, ut ipse met docuit cap. de specie, sunt igitur hæc simul natura, confirmatur hoc, mutuò sunt sibi & totum & pars, est igitur vtrumq; altero vicissim natura prius.

Neq; illud quadrat generi & proprio tribuat cōmune 20. Ar. de suis subiectis & quæ dici, quandoquidē aptū ad administrādā nauim propriū est hominis, at nō omnes homines sunt & quæ apti ad nauis administrationē quod, vñū dicimus ad hoc altero magis aptū, ergo propriū de sibi subiectis dicitur cū aduerbijs magis et minus, nō aut ex aequo.

Atq; inquit, etiā illud cōmune est, quod vna ratione genitus de suis formis, & propriū de his, quorū propriū est, dicitur, quod ita imperio: propriū inquā, hoc obtinet cōmune, cū reliquis omnibus vniuersis, non solū autē cum genere, ergo cū singulis, hoc ei esse cōmune dicendū fuerat, nō autem solū in collatione generis, sunt enim omnia vniuersa synonyma. Quo fit ut eodem nomine, & ea dem ratione de sibi subiectis dici habeat, hæc igitur cōmunitas generis, & proprijs præter rem est assignata.

Et inquit genus quidē de multis formis dicitur, propriū Ar. 22, aut de vna aliqua forma, cuius sit propriū, istud. videtur esse falsum, siquidē Arist. maximè propriū quantitatis appellat, eius causa dici aliquid aequalē vel inæq;le sub his verbis: at, inquit, quātorū maximè propriū est paria et imparia nominari: necnō glutatis maximè propriū as-

H iiii signauit

eius causa dici aliquid simile vel dissimile sub his verbis: est igitur qualitatis propriū, ab ea aliquid simile, vel dissimile nominari. Ex his igitur efficitur falsum esse, quod ait hic Porphyrius, proprium de una sola specie dici, cuius est proprium, cum quantitas & qualitas non formae, sed summa genera sint.

23. Ar.

Subiectum discriminem, quod interest inter genus, & proprium sub hac verborum serie. Præterea inquit, si propria tollantur, non etiam genera secum una colluntur, cum interim sublati generibus formae, eæ quarum sunt propria cōstare nullo modo possunt: ita sublati his, quorum sunt propria ipsa etiam tollantur necesse est. Nunc sic ago, Boëtius locum hunc secus interpretatur, species inquit interemptæ non simul interim generæ, quorum sunt species, propria vero interemptæ, simul intermunitæ, quorum sunt propria; ergo locus hic, vel apud Perionium, vel apud Boëtium est depravatus.

24. Ar.

Docet pariter differentiā in multis formis saepe certi discrimen assignans, inter eam, & speciem, rationicationem, ergo sic ego connecto: in finitione inquam differentiae, quam Porphyrius tradidit cap. de differentia, includitur hæc particula, de differentiis specie dicitur, ergo perpetuò, non autem saepe differentia in multis formis certit.

25. Ar.

Submoner, commune esse differentia cū proprio, quod aquæ:

Sigue la l. vij. posterius a la siguiente

nis, & in uniuersum accidentis pronuntiari subiectum, sed si duntaxat, sigillatim usurpentur, minime pertinet ad logicam præceptuam, quam theoreticen appellamus, sed circa ea solùm versatur logica practica.

Tibi quidem tribuo prius natura hominem esse, quā Ad. 6. Petrum, quantum attinet ad naturam, & essentiam: ac verò quantum ad subsistentiam, prius natura individua subjiciuntur accidenti, quā species: quò fit ut accidentis, proprium & immediatum dicantur esse subiectum.

Differentia inquam hoc habet commune cum gene Ad. 7. re, quod magna parte differentia de multis dicatur formis perinde, atque genus, & præter id Porphyrius falso persuasus, essentiale differentiam rationis compos dici de Deo, angelo, & homine, fortassis cum nulla suppetat specifica differentia præter hanc, quæ solùm dicatur de differentiis numero, docuit differentiam, cui quidē exprimendæ nomen suppetat, dici omnino de specie differentiis. Ad confirmationem dico differentiam generis diuidentem pauciores sub se formas continere, quam genus.

Rationis particeps & intelligens hoc nomine discriminantur, quod rationis particeps, ut hic usurpatur pro differentia essentiali, nempe ut idem sonat, atq; cōstans anima rationali multum discriminatur ab intelligentे, intelligentia, seu intellectu, qua significatione nihil mi- Ad. 8.

H vj nus



nisi angelus est, quā rationis particeps, est enim Angelus apud naturā intelligēs, nec rationis particeps appetitū potest, quia nimirū præter id, quod anima rationis compote minime constat à notis perspicuis, & familiariis ad eum quæ abstrusa, & obscura sunt, progrediver potest.

ad. 9. De genere & genere utiliter dicitur, neq; de differentiis differētia, tū horū virūnq; sic attributū, quo circa, quatenus attributū nemini, subiectū esse potest, sed Porphyrius hīc est, quicquid in qua dicitur de arbore, ut arbore, dicitur etiā de forma ipsius arboris: quicquid dicitur de virtute, quo nomine virtus, & idē de formis ei subiectis pariter dicitur, quia verò uniuersa genera, sub hac explicandis ratione complecti non poterat, boni consulendū est, quod hac usus phrasī fuerit. Quicquid in qua dicitur de genere, & genere, tribuitur etiam formis sub eodē genere carentis, nec enim poterat sub alia verborum serie omnia genera comprehendere, vt nec differentias aliis quam usus est verborum ratione.

ad. 10. Nego genus esse notionem, Cicero verò id non dixit, nisi vi soleat qui magna parte, sequuntur opinionem Academicorum, nos verò sequuti sententiam Arist. existimamus genus animal non esse notionem, neque vocē, neq; scriptū, sed rem notione, voce, & scripto significatam: si enim esset notio, vox, vel scriptum, accidens esset genus

æquè illis participantea, quibuscam communicant, exemplo declarans: Aequè enim, inquit, id omne quod particeps est rationis, est compos rationis, quod sic suberto, qui est inops mentis, non est compos rationis, ergo falsum est, quod omnes homines sint æquè compotes rationis, nec absimiliter ait, aptum ad risum æquè ab hominibus participari, id enim plane videtur esse falsum, cùm aliquos homines suæ natura videamus propensiores ad risum, nonnullos magis aptos ad elegantius & maiori cum decoro risum effundendum. Nec igitur differentiae, neq; proprio tribuendum est.

Deniq; de specie & accidente sermonem habens ita Ar. 10, inquit, prætere a species ante intelliguntur, quām accidentia, istud videtur falsum, nam accidentia nobis notiora sunt, quia sensui magis familiaria, ergo non species ante intelliguntur, quā accidentia, quin potius per accidentia deuenimus in individuorum cognitionem, & per hæc poste à conscendimus ad speciei notione in adipiscendā.

¶ Aduersatur his omnibus argumentis præclaras Porphyrij, & scholæ autoritas.

¶ Ad huius questionis dilutionem obseruāda sunt ea, quæ inscholijs huius capituli admonuimus, quod ad reliqua attinet dilutiones aperient argumentorum.

Dico Porphyrium inquam, pro magna horum quin ad. 1. que uniuersorum differentia fuisse breuem, sed cùm ex Argu-

H v hac



hac radice dependeret categoriarum finitionum, divisionum, ac demonstrationum cognitio, boni consulendum quod gratia iuuentutis magis exercendae, in re magni momenti gratia rudiorum viilitatis fusius institutionem suam extenderit.

**Ad. 2.** Respondeo, prius quidem anteposita speciem differentiae ordine doctrinæ, quantum ad nomenclaturam secundæ institutionis, nunc verò primæ institutionis ratione differentiam speciei anteponi ordine naturæ.

**Ad. 3.** Individua quidem concedo, quod cadant sub considerationem Logici præcepta usi adhibentis, nego tamen eorum haberi considerationem apud logicum præceptum: ut enim Medicus theoricus sicut gradum in ultimis formis, Medicus verò practicus circa singulos morbos propulsandos, & circa singulos homines curandos versatur, ita etiam Theorici Dialectici munus est solum circa uniuersa negotiari. Practici verò partes sunt magna parte de questionibus, quæ circa singula versantur differere.

**Ad. 4.** Species interiecta de multis dicitur specie distantibus infima minime. Porphyrius verò hoc in loco verba facit de specie infima, & ultima, quæ ita species est, ut non etiam sit genus, atq; ita hoc nomine à genere discriminatur.

**Ad. 5.** Respondeo individua sub ratione secundæ institutionis

Signo la luj. António

genus animal, quoquidem efficeretur venio effector essentia singulorum animalium, nec diceretur de illis essentiali attributione, minimeque omnium dicereur de eisdem in questione, qua querimus de re quid sit.

**Ad. 11.** Concedo quidem antecedens, nego verò consecutionē, nam et si tota natura animalis sit in homine, non tamen solum est in homine, sed etiā in belluis, atque ita sit, ut sublatu homine non deleatur tota natura ac essentia animalis. Ad confirmationem respondeo sigillatim sublatis individualibus non tolli speciem, neque genus, sed uniusversum, si tollantur funditus, & formas & genera delerunt, nisi quantum ad mentis perceptionem attinet, quo sensu etiam, & individua sublata permaneret. Porphyrius verò quantum ad munus intelligendi attinet, inquit, sublatā intelligentia ipsius animalis, nos exactā eius formarū notitiam tenere non posse, sed vice versa, etiam etiā formarum perceptio nulla sit, nos tamen mente perfectè quid sit animal assequi.

**Ad. 22.** Tribuo quidem antecedens, abnegata collectione, quandoquidem Porphyrius verba facit hoc in loco de accidente, cuius inquam subiectum cum genere, cum quo confertur, includatur, ut si musicus referatur ad animal, quod genus est hominis, cum homo solum esse valeat esse musicæ subiectum: quo sit ut genus animal de pluribus dicatur, quam accidens musicus.

Dico



Ad. 13.

Dico *subiectum* uniuersitatis differētiae collectim coassumptis  
propter genus aboleri refabicta, nō tamē ratione, cū  
modo subiectus sive ratio illa, quæ rei nō quadrat futilis  
est, cōcedo cōsecutionem: ut verā hīc ratione quadrat, vt  
cū ego exactè capio naturā et vim animalis, negleclis  
nō sive eius dividētibus differētiae rationis cōpote, et ra-  
tionis experientiā reuera ea est rei natura, vt exar-  
etē rationis particeps sine animali, animal contra per-  
cepibilem sive rationis particeps, et sive rationis ex-  
periente.

Ad. 14.

Dico interrogatiū quale trifariā vnu venire latissi-  
mè, late, et arcte latissimè quidē ut promiscuū est et cō-  
mune differētiarū proprietū, et accidentiū, quo modo  
Porphyrius cap. de genere usus est, acq; ita pertinet ad  
ea omnia, quæ reponiuntur in nouē Categorij acciden-  
tiū, et præter hoc ad substantiarū differentias. Late di-  
citur quale solū interrogatiū postulās propria et accidē-  
tia cōmunia, nō autē essentialis differētias, quo modo ea  
sola, quæ in aliqua nouē categoriarū collocantur vena-  
ti solet. Arcte solū efflagitat ea, quæ quidē ad qualitatis  
ordinem spectant, patet huius argumenti dilutio.

Ad confirmationem dico boni consulendum esse Pe-  
rionio hoc loco, quod questionem qualitatis appelleret eā  
qua querimus de re qualis nam sit. Ceterū nego quod  
Aristoteles dixerit in categoria substance, quod hoc

mo

mo et animal magis qualitatē significare, quādoquidē  
eiūs verba sunt ἀλλαγὴν τοῦτον τὸν νόμον, hoc est,  
sed magis talem aliquam substantiam significat. Quod  
ad reliqua attinet planè probo ad fugiēdā homonymia  
occasione, dandam esse perpetuā operam, vt eisdem  
vitam terminis artis, vt Aristoteles et Porphyrius  
continenter faciunt, quorum patius quādā rōrum prelum,  
debemus esse pedisse qui.

Dico Porphyrium ita explanandum, vt inquam do Ad. 15  
ceat in una quaq; specie finienda, vnicum adhiberi ge-  
nus, sed interdum duas, tres, vel plures subordinari  
differentias.

Dico tōius esse continere, partes autē cōtineri. Quocir Ad. 16.  
ca perinde atq; genus ad speciē collatum nunc totū eius  
est: nunc pars, pars inquam finiens totum autem v-  
niuersum, fit sane, vt et genus speciem continere, et vi-  
cissim ab ea contineri dicatur, non quidem una et eadē  
ratione, sed absimili.

Probo quidem antecedens, consequentiam repudio, Ad. 17.  
nam et individua prius natura sunt (vt scholæ termino  
vulgari commodius utar) quantum ad subsistentiam, et  
contra vniuersa inquam genera et formæ ordine natu-  
ræ præcedunt, quantum ad essentiam, sed hac de re in  
categoria substantiæ latius differemus.

Respon-

## SCHOOLIA IN

ad. 18.

*Respondeo genus et speciem sub ratione secunda institutionis quia sunt eius generis, ut ad inicem conferre naturae ordine similesse, sed sub ratione prima institutionis, prius natura genus est, quam species: est enim simpliciter minus prius natura homine, siquidem ab eorum communione consequitio, at vero simul natura est genus hominis, homo est species a*

*ea transformationem non duco incommodum, quod in qua ratione duorum virunque sit altero prius maxime omnium, ubi eveniat, ut idem prius causa, et cunctum, sicuti se gerunt demonstratio, atque scientia: est enim haec illius causa finis, et vicissim illa huius est causa efficiens.*

ad. 19.

*Aptus ad administrandam nauim, vis quedam est a natura ingenerata omni homini, et soli homini: cuius in omnem etatem perpetuo consequens est, quae nimis ob id proprium appellatur, hac vero participat omnes homines ex aequo, sed huius ipsius usus vel abusus magis est in uno, quam in altero, non secus quam cernimus omnes homines, patiter compotes rationis nominari, quantum ad illa vim interna et essentiale, dico quantum ad animum spectat, sed quantum ad usum, vel abusum rationis attinet, sunt qui magis elegantes ac dexteris sunt, et qui segnes, et ignavi euadant ad ratiocinandū.*

Bonī

Boni et quicquid accipere debemus quod Porph. ut se attēperaret nostrae ruditati se præstiterit, interdū magis utilē, et verum præceptorem, quam elegantem.

Ar. 20.

Dico proprium aptè, quantum ad vim vocabuli attinet maximè omnium spectare ad speciem, nam summo generi quod reciprocum est, potius est commune nuncupandum, quam proprium, quando si accuratè obseruemus proborum autorū usum et idem. Græcè proprium latinè ex aduersum repugnat communi, qua ratione doctores præcipere solent, commune distinguendū ac distribuendum in propria Ciceronis verba sunt in lib. de Natura Deorum. Et quod nunc, inquit, communiter in omnibus sepultis est, ut humati dicantur, id erat propriū, cum in ijs quos humus iniecta congereret. Quocirca, si spelemus vim vocabuli rectissimè Porph. proprium attribuit speciei, sed ab Ari. propter penitiam vocabulorū analogicè traductū est etiā ad summum genus, ut cum omni qualitati soli, et semper id conueniat, quod eius ratione dicatur aliquid simile, vel dissimile, proprium qualitatis hoc esse dicatur, propriū in qua analogicè, non tamē quod sit maximè propria significatione vocabuli proprium.

Ar. 21.

Concedo quidem depravatum hoc apud Boëtium ut planius in scholijs admonuimus Perionij probantes interpretationem.

Ego quidem semper in animum induxi Porphyrianā fini-

finitionē sic exponēdā: Differētia inquā est, q̄ de multis  
specie vel numero saltē differentibus in quæstione, qua  
qualequid sit indagatur, dicitur: vel si tibi nostra senten  
tia nō arrideat, dico cū Porphyrio, ut hoc loco submo  
net in præscripta differentiæ finitione, cap. de differētia  
subinelligendam particulam vt plurimum.

**Ad.24** Dico λέγοντος Gracè rationis cōpos, latine idē sonare,  
atq; si dicerē, quod præditū est anima rationali, ut inquā  
sit differentia essentialis, quo modo nunc à nobis usurpa  
tur quoq; sensu omnes homines, etiam qui mentis inopes  
sunt ex aquo rationis compotes, at verò quantum ad u  
sum rationis, vel abusum attinet, nunc magis, minus nūc  
sunt rationis participes.

**Ad.25** Sub ratione secundæ institutionis priùs res postulabat  
ut de genere & specie diceremus, quā de accidente, nā  
præter id, quod æquè nota sint, genus & species, atq; ac  
cidens, nobiliora, & naturæ ordine priora sunt. Do  
ctrina igitur æmula naturæ ab his debuit exordiri, atqui  
sub ratione primæ institutionis nobis experientia duce  
per singula venātibus disciplinas primū omniū occurruit  
accidentia, secūdo loco per hæc deuenimus ad indiuidua  
discernenda: & postremū ad vniuersorum intelligentiā  
consequendam, peruenire solemus.

 Sed hec satis dicta sint ad Porphyriano  
institutionis expositionem.

F I N I S.

Quince años de Coria

97 63  
2440 4  
+ 144

Sobradillas  
1163  
235  
945  
94

